


usu accusativi cum infinitivo coniuncti apud Livium



Dissertatio Philologica Quam Philosophorum Ordini In Universitate Columbiæ Neo-Eboracensi Oblatam Ex Parte Requisitam Ad Gradum In Philosophia Doctoris Capessendum

Scripsit

Bernardus Franzen-Swedelius




MCMVII

TYPIS EXPRESSERUNT

LUDOVICUS WEISS ET SOCII

NOVI EBORACI

FOR SALE AT
COLUMBIA UNIVERSITY BOOKSTORE
NEW YORK

LOUIS WEISS & CO.

PRINTERS
63 CLIFF ST.
NEW YORK

De usu accusativi cum infinitivo coniuncti apud Livium

Dissertatio Philologica Quam Philosophorum Ordini In Universitate Columbiæ Neo-Eboracensi Oblatam Ex Parte Requisitam Ad Gradum In Philosophia Doctoris Capessendum

Scripsit

Bernardus Franzen-Swedelius



MCMVII

TYPIS EXPRESSERUNT

LUDOVICUS WEISS ET SOCII

NOVI EBORACI

Matri Dulcissimae

Aliquamdiu in studiis versatus grammaticis inveni opus esse commentatione de vi et usu infinitivi apud Livium. Cum mihi deinde in manus venisset P. Mennae de infinitivi apud Plinium Minorem usu dissertatio Rostochiensis (MCMII), eius libelli dispositione adductus perscrutari statui quis esset apud Livium usus infinitivi. Haud ignorans autem commentatiunculam huius modi iam apparuisse hanc operam occepi, sed sperans, si fieri possit, aliquid me additurum eis, quae de hac re conscripserunt Draegerus Kühnastius Riemannus aliique. Quanti aestimanda sint additamenta velim sine ira et studio diiudices.

In principio non videtur ab re esse, si de infinitivi natura pauca praemittamus. Qua de re etsi diversae diu erant sententiae virorum doctorum, nunc quidem inter plerosque convenit dativi facultatem inesse infinitivo. Dativum autem cum constet in dialecto vedica significare terminum in quem aliquis aut corporis aut animi motu fertur, consentaneum est infinitivum post verba et externi et interni motus ad finem significandum adhiberi. Ac re vera hic usus in antiqua latinitate satis saepe invenitur. Ab hoc vero sensu plane videtur abhorrere is, quo usurpatur infinitivus in constructione, quae vocatur accusativus cum inf. coniunctus. De qua qui recentiore aetate scripserunt, partim cum nomine artius coniungunt verbum regens, partim cum infinitivo. Maxime autem eorum videtur probari sententia, qui non omnes accusativi cum inf. coni. usus pares esse eodemque tempore ortos existimant, sed alios priores natos, alios posteriores ex analogia priorum introductos. Imprimis in lingua graeca G. Curtius accusativum cum inf. coni. censet primo non esse adhibitum nisi post verba efficiendi et dicendi, quae regere accusativum intelligamus ex prolepsi, quae vocatur, ad cetera autem verba, maxime ad impersonalia eandem constructionem paulatim analogiae vi esse traslatam. Idem cadere in linguam latinam vult Jolly neque dissentit Barthius, quia apud poetas veteres scaenicos saepius post verba cogitandi, dicendi, cupiendi eadem quae in Gracco invenitur prolepsis. Hac vero ratione si videtur ius reddi accusativo, non item infinitivo, nihil mirum esse monet Barthius, si re vera infinitivus fuerit dativus aut omnino casus quod idem verbum induerit accusativum obiecti quasi propioris et dativum obiecti quasi remotioris. Hoc autem modo usurpatum esse

intelligimus infinitivum post verba cupiendi et efficiendi, quae infinitivum adsciscunt expletivum. Quodsi hic infinitivus actionem exprimit, quae de persona obiecti partem agente non dependet, re vera non iam obiectum est persona verbi efficiendi, sed potius subiectum infinitivi, id quod fieri intelligimus si passive usurpatur infinitivus. Non ergo iam duo sunt accusativus et infinitivus sed unum. Hanc autem artiorem infinitivi et accusativi coniunctionem constat iam apud Plautum et priores auctores latinos tam variis modis usurpatam esse ut non dubium sit quin etiam ante originem litterarum latissime patuerit haec constructio ad sermonem familiarem satis commoda. Animadvertit etiam Herzogius, qua aetate orta sint priscae latinitatis monumenta, quae nobis praesto sunt, tum adeo oblitteratam fuisse accusativi cum verbo regente coniunctionem, atque tam in unum confusos esse accusativum et infinitivum, ut Cato (Rell. ed. Jordan, pag. 33) "laudare" verbum primo obiecti particeps faceret, tum quasi novum ac propria lege utens membrum accusativum alius personae cum infinitivo conciliaret; dicit enim: "laudant me maximis laudibus, tantum navium, tantum exercitum, tantum commeatum non opinatum esse quemquam hominem comparare potuisse, id tamen maturrime me comparavisse." Huic loco similem referunt speciem Plautini aliqui a Barthio laudati.

Eodem fere modo in constructione, quae vocatur nominativus cum inf. primo adscitum esse intelligimus infinitivum ad verba efficiendi, quibus vel active vel passive usurpatis opus est infinitivo expletivo, deinde ad cetera verba adhibitum esse quae in hac constructione leguntur. Quae res perspicuae fiunt his exemplis:

acc. et inf. explet.: iussit eum munera dare.
acc. cum inf. coni.: iussit munera dari.
nom. et inf. explet.: iussus est munera dare.
nom. cum inf. coni.: iussa sunt munera dari.

Disputaturus sum autem de usu infinitivi apud Livium, de quo nondum data opera est quaesitum, cum de usu infinitivi apud omnes fere ceteros auctores latinos et priores et posteriores plures iam exstent commentationes. Omnem vero usum infinitivi Livianum perscribere cum maius esse opus videatur quam ut in commentatiuncula huius modi pertractetur, demonstrare tamen conabor, quo modo usurpaverit Livius eas constructiones, quas acc. cum inf. coni. et nom. cum inf. coni. vocamus, neque obliviscenda erunt mihi ceterorum auctorum opera, quae ab aliis iam sint examinata. Si opera mea palam fiat, quid in hac re intersit inter Livium ceterosque auctores latinos satis superque ducam.

Acc. cum inf. coni. subiecti loco positus.

I. Praedicatum est verbum copulativum cum nomine coniunctum.

A. Nomen substantivum.

A Draegero omnino non laudantur haec nomina, quae praedicati vice fungentia subiectum acc. cum inf. coni. adhibent: causa, contumelia, fabula, facinus, inuiria, inuirium, oratio, portentum, vinculum, Casus obliqui horum nominum: ex dignitate, exempli, invidiae, libertatis, miraculo, operis, religioni, contra rem publicam. Nomina quorum nullum apud Draegerum exstat exemplum Livianum inveni haec: dedecus, ius, ius fasque.

Exempla Liviana addenda eis quae a Draegero laudantur: sententia: XXXIV, 33, 6; tempus: VIII, 5, 3; cordi: VI, 20, 16; IX, 8, 8.

1. casus recti.

causa: VII, 30, 5: fuit quidem apud vos semper satis iusta causa amicitiae velle eum vobis amicum esse, qui vos appeteret.

ut: XXXIII, 1, 5.

contumelia: XXVI, 29, 8: quanto maiorem iniuriam, immo contumeliam esse, sortem suam ad eum transferri.

dedecus: XXII, 14, 6: Punicas vagari classes dedecus esse imperii sui duxerint:

fabula: (res ficta) XXXIV, 2, 3: equidem fabulam et fictam rem ducebam esse, virorum omne genus .... sublatum esse.

facinus: X, 35, 13: indignum facinus esse .... tantam contumeliam ignominiamque ab ignavissimo accipi hoste; XXVI, 2, 14: facinus indignum esse Cannensem exercitum .... in Siciliam deportatum .... et hoc idem .... nuper decretum; XLV, 36, 7: indignum facinus esse .... L. Paulum .... despoliari triumpho. XXXVII, 32, 11.

fas: I, 18, 9; si est fas hunc Numam Pompilium .... regem Romae esse. I, 44, 5; III, 39, 4; III, 72, 2; V, 49, 3; VIII, 10, 13; 14; IX, 9, 14; IX, 34, 17; XXIII, 42, 4; XXXI, 44, 5; 48, 9; XXXIX, 4, 12.

iniuria: vide "contumelia."

inf. nudus: exstat I, 16, 6; V, 30, 2; VIII, 10, 14.

iniurium: XLIII, 5, 5: damnari absentem consularem virum iniurium esse.

ius fasque: I, 2, 6: quemcumque eum dici ius fasque est; III, 55, 5; VII, 6, 11.

nefas: II, 38, 4: nefas esse.....vos.....abigi; IV, 3, 9: nefas aiunt esse consulem plebeium fieri; V, 1, 5: sollemnia ludorum, quos intermitti nefas est; XXII, 59, 5: cum.... nec esse nefas duceremus.... aliquem ex Cannensi pugna Romanum militem restare.

Aliter XXIII, 5, 13: pastos epulis, quas contingere etiam nefas sit. In dec. prima: IV, 15, 5; 31, 7; V, 9, 5; 51, 2; 52, 13;

oratio: XLII, 19, 4: quorum oratio fuit regem educendum filium Romam misisse.

portentum: XXVIII, 27, 16: lapides pluere et fulmina iaci de caelo et insuetos fetus animalia edere vos portenta esse putatis.

pudor: XL, 27, 10: quantus pudor esset edocens, ab Liguribus.... Romanum exercitum obsideri.

religio: V. 40, 8: ubi nunc despui religio est; VI, 27, 4: quia collegam suffici censori religio erat;

Inf. nudus: II, 62, 2.

res: XXVI, 2, 2: rem mali exempli esse, imperatores legi ab exercitibus et sollemne.... transferri; XXXIV, 61, 13: mali rem exempli esse de nihilo hospites corripi; XLII, 8, 3: atrox res visa senatui Statellates.... laceratos ac deletos esse.

sententia: VIII, 37, 11: Polliae sententia fuit puberes verberatos necari, coniuges liberosque.... venire; XXXIV, 33, 6: maximae partis sententia erat perseverandum in bello esse et tollendum tyrannum.

summa: XXIII, 12, 3: summa fuit orationis.... iuvandum Hannibalem esse; XLI, 8, 7: summa querellarum erat cives suos.... Romam commigrasse; XLII, 25, 4: suae orationis summam fuisse foedus cum Philippi ictum, cum ipso eo.... renovatum.

tempus: IV, 51, 5: aptissimum tempus fuerat.... Bolani agri divisionem obici; VIII, 5, 3: tempus erat.... vos nobiscum nihil pro imperio agere; XXI, 43, 9: tempus est iam opulenta vos ac ditia stipendia facere et magna operae pretia mereri; XXV, 32, 2: tempus esse id iam agi, ut bellum.... finiretur; XXX, 4, 5: tempus esse aut pacem componi aut bellum naviter geri.

Inf. nudus: VI, 18, 12; XXIII, 5, 13; tempus esse.... ea non ultra pati. XXI, 54, 2.

ut: II, 29, 8: non id tempus esse ut merita tantummodo exsolverentur; XXVII, 6, 10: patribus id tempus rei publicae visum est ut per veteres.... imperatores res publica gereretur.

verecundia: XXI, 19, 9; quae verecundia est Romani, postulare vos uti.... praeponamus?

Aliter V, 14, 2: quos praetereundi crederent verecundiam fore.

Inf. nudus: III, 70, 15; IX, 26, 17.

vinculum: XXI, 52, 8: maximum vinculum esse primos qui eguissent ope defensos censebat.

2. casus obliqui.

cordi: VI, 9, 3: credo rem Antiatem diuturniorem manere dis cordi fuisse; VI, 20, 16: nec dis cordi fuisse poenam eius oblatam prope oculis suis; IX, 1, 4: satis scio, quibuscumque dis cordi fuit subigi nos...., iis non fuisse cordi tam superbe ab Romanis foederis expiationem spretam; IX, 8, 8: si vobis non fuit cordi Sp. Postumium, T. Veturium consules.... prospere bellum gerere;

Inf. supplendus est XXII, 1, 16: quem ad modum cordi esse divis (ea fieri) e carminibus praefarentur.

Inf. nudus: XXVII, 20, 7.

curae: XXX, 31, 3: tibi curae est sentire cives tuos, quanto per te onere leventur.

ut: II, 24, 4; II, 30, 4; IV, 7, 6.

ex dignitate: XXX, 23, 3: non videri sibi.... eam rem agi satis ex dignitate populi Romani esse; XXXI, 15, 1: ex dignitate magis visum scribere eum.

exempli: XXVII, 6, 4: multo foedioris exempli (esse) eum ipsum creari; XXXVIII, 56, 10: tolerabilioris exempli esse a tribuno plebis potius quam a privato victam videri et tribuniciam potestatem et rem publicam esse.

invidiae: II, 52, 3: invidiae erat amissum Cremerae praesidium, cum haud procul inde stativa consul habuisset.

libertatis: XXXVIII, 50, 8: nihil tam aequandae libertatis esse quam potentissimum quemque posse dicere causam.

miraculo: XXV, 8, 7: minusque iterum ac saepius id eos audere miraculo fuit.

operis: XXXVI, 34, 4: sui maxime operis esse credens nullam gentem .... funditus everti.

religioni: V, 13, 8: religioni deinde fuisse, quibus eam opem dei tulissent, vinciri.

quia: XLI, 16, 1.

ab re: XXXV, 32, 6: non ab re Quincitio visum est sociorum aliquos legatos interesse ei concilio.

Inf. nudus: VIII, 11, 1.

in rem: XLIV, 19, 3: cognitis mox quae nosci prius in rem esset.

contra rem publicam: III, 21, 2: in reliquum magistratus continuari et eosdem tribunos refici contra rem publicam esse.

e re publica: VIII, 32, 18: non videri e re publica in Q. Fabium eo tempore animadverti; XXVI, 3, 11: cum.... negassent patres e re publica esse abscedi a Capua; XXVII, 4, XXIX, 10, 2; XXIX, 13,3; XXXV, 6, 4; XLII, 26, 1; XLII, 28, 1; XLII, 33, 6; XLV, 14, 4.

verecundiae: III, 62, 9: verecundiae erat equitem suo alienoque Marte pugnare, peditem ne ad pedes quidem degresso equiti parem esse.

Inf. nudus: III, 70, 15: verecundiae fuit pro parte dimidia rerum consulibus petere triumphum; IX, 26, 17: privatis dictatorem poscere reum verecundiae non fuit.

B. Nomen adiectivum. (gen. neutr.)

Apud Draegerum desunt haec adiectiva: absurdum, admirabilius, ambiguum, aptum, aptius, civile, conveniens, efficacius, egregium, flagitiosum, positum, praeclarum, religiosum, salubre, simile, superbum, turpe, tutum, tutius, verius, utile, quae omnia vide infra.

a. gradus positivus.

absurdum: XXXVII, 52, 10: ut absurdum esse diceret, ignorare regem, quid sperans aut petens venerit.

aequum: locis plus sexaginta invenitur.

ambiguum: XLV, 19, 11: quod haud ambiguum prope diem regnaturum eum infirmitate aetateque Eumenis esset.

amplum: V, 30, 2: sibi amplum quoque esse urbem ab se captam frequentari.

aptum: XXXIV, 62, 17: videtur tempori aptum fuisse, integro certamine eos relinqui.

certum: XXIII, 17, 6: urbes Campaniae, quas certum erat non mutasse fidem. XL, 28, 2: ut quibus pro spe certum esset hostes extra vallum signa non elaturos.

civile: XXVII, 6, 4: qui neque magistratum continuari satis civile esse aiebant.

consentaneum: *X, 18, 13: minime consentaneum est .... huc te ad opem ferendam aliis gloriari venisse.

conveniens: VIII, 33, 20: quam conveniens esse, propter Q. Fabium civitatem in laetitia .... esse, eum .... nudatum virgis lacerari; XXXIV, 28, 7: quid minus conveniens esse quam omisso hoste Argos oppugnari? XLV, 11, 8: his cum laetari Antiochum conveniens esset.

credibile: IV, 16, 4: vix credibile est numerum tribunorum patres augeri passos; X, 1, 8: vix credibile erat tam affectis rebus solos per se Aequos ad bellum coortos.

decorum: VII, 25, 11: cui unico consuli .... dictatorem adrogari haud satis decorum est patribus.

deforme: XXXVIII, 52, 11: ad id fastigium .... P. Scipionem .... pervenisse, ut sub Rostris reum stare et praebere aures adolescentium conviciis populo Romano magis deforme quam ipsi sit.

dignum: IV, 49, 11: dignum enim esse, qui armis cepissent, eorum urbem agrumque Bolanum esse;

dubium: XXVI, 27, 5: nec ulli dubium erat humana id fraude factum esse; XXXVIII, 6, 7: haud dubium erat expugnari .... opera .... potuisse. XLI, 23, 9: nisi hoc dubium alicui est, bellandum .... esse.

Pluris facere videtur noster locutionem "non est dubium quin," quae in decade prima locis invenitur his: III, 4, 2: III, 59, 5; IV, 38, 5; IX, 2, 5; IX, 38, 9; X, 22, 1; X, 24, 12; X, 35, 12.

Vide etiam adiectivum "dubius" de persona usurpatum.

egregium: XXXI, 24, 13: conspici se pugnantem egregium ducebat.

facile: VIII, 23, 15: nam neque facile fuisse id vitium nosci. XXII, 8, 5; XXXV, 50, 1; XXXVI, 32, 7; XLI, 3, 7: recipi facile esse (castra).

flagitiosum: XXVI, 8, 3: abscedi a Capua terrerique et circumagi ad nutus comminationibusque Hannibalis flagitiosum ducebat.

honestum: XXXIV, 50, 3: ne ipsis quidem honestum esse in liberata terra liberatores eius servire; XXXVII, 19, 1: Eumenes nec honestum dicere esse eo tempore de pace agi.

indignum: V, 14, 4: indignum dis visum honores volgari discriminaque gentium confundi; X, 7, 9; XXV, 41, 1; XXVI, 104; XXVII, 30, 14; XXXIV, 58, 4; XXXVIII, 42, 9; XXXIX, 5, 2.

iniquum: III, 44, 12: iniquum esse absentem de liberis dimicare (eum); III, 57, 9; etsi patribus videbamus iniquum patricium quoque magistratum plebi donum fieri; XXVI, 29, 8: nam cum extra sortem collegae optionem dari provinciae .... iniquum fuerit.

invidiosum: III, 9, 12: invidiosum vobis est desertam rem publicam invadi.

magnificum: XXVIII, 18, 1: magnificumque id Syphaci visum, duorum opulentissimorum ea tempestate duces populorum uno die suam pacem amicitiamque petentes venisse.

manifestum: XYIII, 2, 3: cum.... manifestum autem esset pecunias captas.

maturum: V, 46, 5: maturum iam videbatur repeti patriam eripique ex hostium manibus.

mirum: I, 50, 3: haud mirum esse Superbo inditum Romae cognomen; XXV, 8, 12; XXVI, 2, 12; XXXI, 38, 7; XXXIV, 4, 10; XLV, 14, 3; XLV, 34, 14.

mirabile: IX, 15, 9: id magis mirabile est ambigi Luciusne Cornelius.... eas res.... gesserit; XXVIII, 12, 6: cui non videatur mirabile nullum motum in castris factum.

miserum: III, 9, 12: nobis miserum, inviodiosum vobis est desertam rem publicam invadi.

necessarium: XL, 35, 6: quod fieri, praeterquam quod ita deberet, etiam prope necessarium esse.

necesse: II, 14, 2: cuius originem moris necesse est aut inter bellum natam esse neque omissam in pace aut a mitiore crevisse principio; VI, 34, 1; VI, 37, 4; VI, 40, 18; VIII, 5, 6; XXXIV, 4, 8; XL, 14, 6.

necessum: *XXXIX, 5, 9; num omne id aurum in ludos consumi necessum esset.

obscurum: XL, 3, 2: neque obscurum erat rebellaturum, omniaque quae tunc ageret eo spectare.

par: VII, 31, 2: sed ita vobiscum amicitiam institui par est.

positum: XXXVI, 9, 10: in eventu eius urbis positum esse.... aut sperni deinde ab universa gente Thessalorum aut timeri se.

pulchrum: II, 6, 4: pulchrum videbatur suos Romae regnare; XXIII, 5, 14: pulchrum erit, Campani, prolapsum.... imperium vestra fide, vestris viribus retentum ac recuperatum esse.

praeclarum: IV, 48, 14: praeclarum ipsis potestatique esse non ad vexandum senatum discordiamque ordinum movendam plus in tribunatu virium esse quam ad resistendum improbis collegis.

probabile: II, 13, 10: quod et virginitati decorum et consensu obsidum ipsorum probabile erat, eam aetatem potissmum liberari ab hoste, quae maxime opportuna iniuriae erat.

relictum: VIII, 6, 3: exanimatum .... mihi quoque in incerto relictum sit, sicut.... ingenti fragore caeli procellam effusam.

religiosum: III, 22, 1: lustrum propter Capitolium captum, consulem occisum condi religiosum fuit; V, 40, 10: religiosum ratus sacerdotes publicas sacraque populi Romani pedibus ire ferrique ac suos in vehiculo conspici; V, 52, 8: an ex hostium urbibus Romam ad nos transferri sacra religiosum fuit? VI, 27, 5: tertios creari.... religiosum fuit.

salubre: praef 10: hoc illud est praecipue in cognitione rerum salubre ac frugiferum, omnis te exempli documenta in illustri posita monumento intueri.

simile: XXXIV, 58, 6: quid igitur simile esse ex ea possessione, ita parta, ita recuperata, deduci Antiochum, et Romanos abstinere Asia, quae numquam eorum fuerit?

simile portento: IV, 35, 9: an portento simile miraculoque sit fortem ac strenuum virum aliquem exsistere ortum ex plebe.

simile veri: VI, 12, 4: simile veri est aut intervallis bellorum .... alia atque alia subole iuniorum .... usos esse, aut non ex iisdem semper populis exercitus scriptos, ... aut innumerabilem multitudinem .... in eis fuisse locis; XXI, 38, 4: in Italia magis affluxisse veri simile est; XXI, 38, 8: nec veri simile est ea tum ad Galliam patuisse itinera; XXI, 47, 5; XXVI, 22, 15; XXVII, 7, 6; XXXIV, 50, 7; XLI, 3, 10.

superbum: XLII, 32, 4: ab se provinciam negari superbum rati.

suspectum: VIII, 17, 8: Samnium quoque .... turbari novis consiliis suspectum erat.

turpe: XXXVII, 17, 2: turpe ratus temptata frustra Patara esse; XXXVIII, 26, 11: turpe existimabat Eumenis classem adiuvare consulem ...., se Colophonis obsessae auxilio .... alligari; XXXIX, 5, 2: alienarum vero simultatium tribunum plebis cognitorem fieri turpe et indignum collegii eius potestate et sacratis legbus esse; XLII, 13, 11: ego certe mihi turpe esse duxi prius Persea ad bellum inferendum, quam me socium .... venire in Italiam.

tutum: XXVI, 27, 14: se minime censere tutum esse Campanis potestatem intrandi Romana moenia fieri; XXVII, 45, 1: ut detegi consilium satis tutum esset; XXIX, 4, 9: classem credere profectam a Carthagine, cum qua absente Scipione non satis tutum esse contrahi certamen;

verum: XXX, 26, 7: si quidem verum est augurem duos et sexaginta annos fuisse.

verum—aequum: II, 48, 2: verum esse habere eos, quorum sanguine ac sudore partus sit (ager); III, 40, 11: nec enim maiore cura occupatis animis verum esse praeciudicium rei tantae fieri; XXIII, 11, 12: pro his tantis totque victoriis verum esse grates deis immortalibus agi haberique; XXXII, 33, 4: ceterum et socium audiri postulata verum esse.

utile: I, 19, 7: quia aliquando nihil cum populo agi utile futurum erat. III, 51, 4: nec in perturbata re publica eos utile est praeesse vobis, qui proximi invidiae sint.

b. gradus comparativus

aptius: XXVIII, 43, 14: an cum Carthaginiensi hoste in Hispania quam in Africa bellum geri aptius est?

aequius: XXXV, 16, 13: causam .... quam ipsis agentibus et nos et regem ipsum cognoscere aequius est; XXXVI, 25, 7: aequius esse Romanos milites .... praemia victoriae habere; 28, 5: pro non dubio .... sumebant, quae Antiochi fuerunt, Eumenem aequius esse quam me habere.

admirabilius: XLII, 50, 10: non esse admirabilius Romanos Graecia pelli quam Hannibalem Italia pulsum esse.

certius: XXX, 26, 9: nihil certius est quam unum hominem nobis cunctando rem restituisse.

efficacius: IX, 23, 8: efficacius ratus ad accendendos virorum fortium animos, nullam alibi quam in semet ipso cuiquam relictam spem.

dignius: VIII, 26, 6: auctoribus hoc dedi, quibus dignius credi est; XXX, 28, 1: utrum dignnius gaudio esset Hannibalem post sextum decimum annum .... vacuam possessionem .... reliquisse populo Romano; XXXVII, 53, 28: quanto est vestra prudentia et aequitate dignius sociis bene meritis quam hostibus vos consulere?

facilius: *I, 12, 9; II, 23, 15; XXV, 37, 18: facilius esse ratus unius Hasdrubalis expugnari castra quam.... sua defendi.

melius: II, 30, 6: et homini et potestati melius rati credi; III, 50, 6; V, 30, 6; V, 35, 6; VIII, 10, 2; IX, 26, 15; XXVI, 2, 3;

propius: IV, 17, 5: propius est fidem obstringi Fidenatium populum.... voluisse; VIII, 37, 5: fortuna Samnitium.... propius ut sit vero facit, non.... arma illata, sed.... bellum Romanis fuisse; IX, 36, 4: propius est vero praecipuum aliquid fuisse in eo; XL, 50, 7: propius vero est serius in provinciam pervenisse quam ut ea aestate potuerit res gerere.

rectius: XXII, 33, 11, patribus rectius visum est dictatorem a consule dici; XL, 36, 2: negare non posse, quin rectius sit etiam ad pacatos barbaros.... exercitum mitti.

similius: V, 11, 7: adeo.... ut multo veri similius sit compecto eam rem et communi fraude patriciorum actam; (magis) VII, 27, 9: id magis veri simile est quam deditos venisse; X, 26, 13; similius vero est a Gallo hoste quam Umbro eam cladem acceptam; XXXVIII, 55, 9: similius enim veri est argenti quam auri maius pondus fuisse;

Hic commode videtur observari adiectivum "similius vero" semel inveniri in constructione quae obiectum adsciscit acc. cum. inf. coni. VIII, 26, 6: foedus Neapolitanum.... similius vero facit ipsos in amicitiam redisse.

tutius: II, 23, 15; concitatos animos flecti quam frangi putabat cum tutius tum facilius esse; II, 30, 9: tutius visum est defendi inermes Latinos quam pati retractare arma; XXV, 14, 2: tutius sibi videri reduci eo die exercitum Beneventum; XXXIV, 4, 19: hominem improbum non accusari tutius est quam absolvi.

verius: VII, 13, 7: te de nostra virtute dubitasse videri quam nos de tua verius est; XXIII, 19, 17: id verius est quam ab equite in abeuntis immisso interfectos;

verius—aequius: XXXV, 8, 6: cum etiam verius esset Ti. Sempronio.... tradi exercitum quam legato; XXXIX, 27, 3: multo verius esse.... praemia belli Eumenem quam Philippum habere; *XL, 16, 6: verius fuisse consules.... quam se, quid e re publica esset, decernere.

c. gradus superlativus.

optimum: III, 4, 10: ipsum consulem Romae manere.... optimum visum est; VI, 24, 10: optimum visum est in fluctuante acie tradi equos; XXII, 27, 6: se optimum ducere, aut diebus alternis aut.... partitis temporibus alterius summum ius imperiumque esse; XXIV, 2, 5; XXVII, 4, 3; XXX, 30, 6: optimum quidem fuerat cam patribus nostris mentem datam ab dis esse; XXXII, 19, 4: XXXV, 32, 8;

proximum: II, 14, 3: proximum vero est ex iis quae traduntur, Porsinnam .... castra opulenta.... Romanis dono dedisse.

Pro adiectivo usurpatur adverbium.

Apud Draegerum nullum affertur exemplum Livianum locutionis "palam est."

palam: XXXI, 14, 8: cum palam esset per errorem ingressos.

parum: XXVII, 10, 5: parum sibi videri praefati pro merito eorum sua voce collaudari eos; XXXVIII, 54, 9: parum enim fuisse non laudari pro Rostris P. Africanum post mortem.

satis: III, 53, 10: nunc libertatem repeti satis est; III, 67, 11: satisne est nobis vos metuendos esse? VI, 13, 5; IX, 9, 8; X, 28, 3; XXXI, 8, 3; XXXII, 1, 5; XXXIII, 25, 11; XXXIII, 43, 4; XXXVI, 3, 7; XXXVIII, 46, 11.

satius: V. 20, 8: satius igitur esse reconciliari eo dono plebis animos; XXXIV, 33, 7: satius multo fuisse non moveri bellum adversus eum quam omitti motum; XXXIV, 49, 2: satius visum esse tyrannum debilitatum.... relinqui, quam intermori.... civitatem sinere; XXXV, 33, 5: quanto esse satius Romam mittere legatos.... quam populum Romanum cum Antiocho... dimicare?

II. Praedicatum est verbum impersonale.

Adde eis quae a Draegero afferuntur haec verba a Livio impersonaliter usurpata: abhorret a fide, cedit memoria, displicet, emanat, exit memoria, fugit, habet, increbescit, liquet, paenitet, praeterit, subit, venit in religionem.

abhorret a fide: IX, 36, 6: abhorrebat a fide quemquam externum Ciminios saltus intraturum.

apparet: locis plus centum triginta invenitur.

attinet: II, 41, 6: quid attinuisse Hernicis.... capti agri partem tertiam reddi? III, 36, 4: nec attinuisse demi securem; VI, 38, 11: quem quid creari attinebat? X, 13, 10: quid ergo attineret leges ferri rogitans; XXIII, 3, 13; XXIII, 13, 5; XXXI, 25, 9; XXXIV, 3, 5; XXXVI, 11, 11; XXXVII, 15, 2; XLII, 26, 1; XLII, 63, 5.

cedit: II, 33, 9: ut Postumum Cominium bellum gessisse cum Volscis memoria cessisset.

constat: locis plus sexaginta usurpatur. Alioquotiens eodem sensu invenitur verbum "convenit," quod vide infra.

convenit: II, 50, 11: trecentos sex perisse satis convenit; VIII, 10, 8: ut facile convenerit inter Romanos Latinosque.... eius futuram haud dubie fuisse victoriam; IX, 16, 1: convenit iam inde per consules reliqua bella perfecta; XXXVIII, 57, 2: huic Gracchο minorem ex duabus filliis.... nuptam fuisse convenit; XLII, 50, 11: ut inter omnes conveniat nec turpius quicquam esse.... nec praeclarius quicquam; XLV, 42, 7: facile conveniebat Romanis numquam una acie tantum Macedonum interfectum.

convenit (eodem sensu quo locutio "conveniens est"): XXVI, 41, 17: quid igitur minus conveniat.... quam.... vos hic sustinuisse labantem fortunam populi Romani, nunc eosdem.... animis deficere? XXVII, 11, 8: minime convenire Siciliae quam Italiae colendae maiorem curam esse; XXIX, 20, 2: qui enim convenire.... eum repente.... ex provincia revocari? XXXI, 1, 2: etsi profiteri ausum perscripturum res omnis Romanas in partibus singulis tanti operis fatigari minime conveniret; XXXIV, 32, 3: nam quid minus conveniret quam eos.... cum tyranno instituere amicitiam? XLI, 15, 7: interrumpi tenorem rerum.... minime convenire.

decet: III, 17, 5: non quidquid patrum plebisque est.... currere, liberare ac pacare augustissimam illam domum Iovis optimi maximi decuit? III, 62, 2: qualem liberi populi exercitum decuit esse; VI, 7, 5: vos in me nihil praeter me ipsum intueri decet; XXI, 3, 4: nos tamen minime decet iuventutem nostram

....adsuefacere libidini praetorum; XXI, 40, 11; XXIV, 8, 2: eadem vos cura ....inire suffragium....decet et sibi sic quemque dicere; XXIV, 8, 9: quales viros creare vos consueles deceat; XXXIV, 2, 10; XXXIV, 58, 8; XXXVII, 45, 8; XXXVII, 54, 14; XXXVII, 54, 17; XLII, 41, 11; XLV, 14, 1.

displicet: XLII, 43, 5: quibus populis proprie societatem cum rege iungi displicuisset.

emanat: III, 24, 4: multis enim emanabat indiciis neque fratrem Volsci..... umquam non modo visum in publico, sed ne adsurrexisse quidem....nec iis temporibus Caesonem Romae visum.

exit: VI, 37, 5: an iam memoria exisse.... neminem ex plebe tribunum militum creatum esse?

expedit: VI, 27, 3: quibus fide magis quam fortuna debentium laborare creditum videri expediebat; XXXIV, 51, 6: cui salva et tranquilla omnia esse magis expediebat.

facit: XXVII, 45, 4: auditum modo in acie....alterum consulem et alterum exercitum advenisse haud dubiam victoriam facturum.

fallit: IV, 11, 4: ut plebem tribunosque falleret iudicii rescindendi consilium; V, 2, 3: nec se fefellisse id donum inimicorum veneno illitum fore; VI, 15, 7: nec se fefellisse ait....adversus se ac plebem Romanam dictatorem creatum esse; XXII, 16, 5: nec Hannibalem fefellit suis se artibus peti; XXII, 24, 3; XXX, 31, 1; XXXI, 33, 8; XXXIII, 47, 9; XL, 21, 7.

fugit: XXII, 31, 9: sed et Coelium et ceteros fugit uni consuli Cn. Servilio....ius fuisse dicendi dictatoris.

habet: XXXIV, 4, 12: quod alii liceat tibi non licere aliquid fortasse naturalis aut pudoris aut indignationis habeat.

increbescit: VIII, 8, 11: inde rem ad triarios redisse, cum laboratur, proverbio increbuit.

interest: V, 6, 1: plurimum intererat insuescere militem nostrum non solum parta victoria frui, sed....pati taedium et....exitum exspectare et.... hiemem opperiri nec....tecta ac recessus respicere; IX, 24, 15: cuius maxime intererat tutam ubique....multitudinem esse; XXIV, 8, 17; XXX, 30, 9; XXXVI, 34, 10; XXXVIII, 12, 6.

licet: III, 11, 8: si sic agi liceret; III, 67, 10; IV, 1, 2; IV, 16, 6; VI, 40, 18; VI, 40, 19; VII, 42, 2; VIII, 12, 16; X, 13, 8; X, 37, 5; XXI, 18, 7; XXVII, 34, 9; XXXI, 17, 3; XXXIX, 32, 7; XLII, 36, 6: neminem eorum per Italiam ire liciturum.

liquet: XXXVII, 45, 16: numquam satis liquebit nobis ibi pacem esse populo Romano, ubi Hannibal erit.

oportet: locis quadraginta fere acc. cum inf. coni. regit hoc verbum. Persaepe cum nudo exstat subiunctivo paratactice.

opus est: II, 44, 12; nihil aliud opus esse quam indici ostendique bellum; V, 52, 12: quid horum opus fuit suscipi? IX, 37, 6: interea taceri opus esse; X, 39, 9: opus esse et illum....Cominium oppugnare; XXVII, 46, 2: neque enim dilatari castra opus esse; XXXV, 20, 3: si quo eum extra Italiam opus esset ducere legiones; XLIV, 19, 5: si qua parari mittive ad id bellum opus sit.

paenitet: X, 40, 1: paenitet in posterum diem dilatum certamen; XXVIII, 40, 7: dum me ne paeniteat adhuc aliorum speciosiora primo aspectu consilia semper visa, mea usu meliora.

pertinet: V, 29, 6: quos defendi patrum consensu ad fidem senatus pertinebat; XXVIII, 44, 12: ad dignitatem populi Romani....pertinebat...videri

nobis animum esse, nec hoc credi vulgarique; XXXV, 24, 1: ad rem pertinere visum est consules primo quoque tempore creari; XLV. 10, 5: pertinere id ad famam salutemque civitatis, noscere ipsos omnia .... et comperta referre.

quod: IV, 29, 8: nihil .... pertinere visum, quod .... traiecere.

piget: V, 4, 12: nos intra vicensimum lapidem .... oppugnationem perferre piget? V, 53, 9: nos .... aedificare incensa piget? XXXI, 7, 13: si piguisset vos in Africam traicere.

placet: ducentis quinquaginta fere locis invenitur. Semel paratactice cum nudo subiunctivo usurpatur, XXXV, 23, 8: itaque placere senatui ad eum exercitum .... equites scriberet.

ut: X, 21, 7.

praeterit: XXXVIII, 17, 2: non me praeterit .... omnium .... gentium Gallos fama belli praestare.

pudet: III, 52, 7: non pudet lictorum vestrorum maiorem prope numerum in foro conspici quam togatorum aliorum? XXVI, 37, 6: pudebat adeo se spretos.

refellit: IV, 16, 4: refellit falsum .... titulum paucis ante annis lege cautum, ne tribunis collegam cooptare liceret.

refert: XXXIV, 17, 7: non nostra .... magis quam vestra refert vos non rebellare; XXXIV, 27, 6: et ipsorum referre, si quos suspectos status praesens rerum faceret, prohiberi potius, ... quam puniri molientis.

subit animum: XLV, 5, 11: subiit extemplo animum in se nimirum receptam labem.

succurrit: XXV, 37, 16: reliquias eum esse duorum exercitum .... succurrebat; XXXVII, 8, 2: succurrebat superatum se, cum classis afuisset Rhodiorum.

venit in mentem: VI, 12, 9: veniat in mentem cuique deos esse, qui Romanum adiuvent; VI, 41, 11: nec in mentem venit altera lege solitudines vastas in agris fieri ...., altera fidem abrogari; XXVIII, 24, 14: neque venit in mentem suis tergis suisque cervicibus virgas illas securesque imminere; XXXI, 1, 2: cum in mentem venit tris et sexaginta annos .... aeque multa volumina occupasse mihi.

venit in religionem: XXII, 33, 7: in religionem etiam venit, aedem concordiae .... locatam ad id tempus non esse.

III. Praedicatum est persona tertia num. sing. verbi pass.

A Draegero non laudantur haec verba, quae apud Livium passive usurpata acc. cum inf. coni. subiectum adsciscunt: abnuitur, adicitur, additur, animadvertitur, clamatur, cognoscitur, conclamatur, defertur, denuntiatur, desperatur, edicitur, exploratur, exprobratur, habetur, iactatur, indicatur, mandatur, obicitur, patefactum est, perfertur, peroratur, persuadetur, promittitur, pronuntiatur, recipitur, refertur, renuntiatur, repetitur, rescibitur, respondetur, scitur, significatur, speratur, subicitur, vertitur, vulgatur.

Nullum affert Draegerus exemplum Livianum horum verborum: fatendum est, fertur, invenitur, memoratur, notatur, palam fit. Addendi sunt exemplis Livianis a Dragaero laudatis aliquot loci ubi usurpantur verba "creditur", "dicitur".

abnuitur: III, 72, 7: nec abnuitur ita fuisse, si ad iudices alios itum foret.

adicitur: V, 22, 6: fabulae adiectum est vocem quoque dicentis velle auditam; XLII, 42, 2: cum exercitu me isse adicitur.

additur: XXI, 19, 3: cum.... diserte additum esset, ita id ratum fore; XXVI, 12, 18: additum etiam indicio.... et alios.... vagari in castris Romanis; XXXI, 44, 7: additum decreto.... id omne populum Atheniensem iussurum.

affertur: locis plus quadraginta usurpatur.

animadvertitur: postquam iactari arma passim fugaque.... spargi aciem hostium animadversum est; XXII, 20, 8: ubi.... frustra teri tempus animadversum est.

auditur: II, 19, 4: Tarquinios esse in exercitu Latinorum auditum est; IV, 3, 10: en numquam creditis fando auditum esse Numam Pompilium.... regnasse? VII, 12, 8: quod Gallos mox venisse atque inde circa Pedum consedisse auditum est; XXI, 21, 1: auditis quae decreta forent, seque non ducem solum sed etiam causam esse belli; XXVII, 1, 5: excessisse iis locis in Bruttios Hannibalem auditum est; XXVIII, 7, 17: audito Machanidam.... refugisse Lacedaemonem; XXVIII, 26, 7: ex obviis auditum.... omnem exercitum.... proficisci; XXXIV, 19, 10: audito Saguntiae Celtiberum omnis sarcinas impedimentaque relicta. XLI, 18, 14.

clamitatur: I, 9, 12: Talassio ferri (eam) clamitatum.

cognoscitur: II, 45, 9: statuisse non pugnare consules cognitum est; II, 63, 2: Volscos adesse.... cognitum est; III, 57, 8: cognitum est Aequos Volscosque.... bellum apparare; VII, 19, 8; X, 21, 5; X, 34, 13; XXI, 49, 4; XXIII, 38, 3; XXVI, 11, 6; XXIII, 41, 5; XXXVII, 13, 5; XXXIX, 7, 7; XL, 2, 5; XLI, 6, 5; XLIV, 28, 4.

comperitur: VII, 39, 11: ex praedatoribus vagis quidam compertum attulerunt T. Quinctium.... agrum colere; XXVI, 8, 1: id priusquam fieret, ita futurum compertum ex transfugis Fulvius Flaccus senatui Romam cum scripsisset; XXVI, 33, 8: duas mulieres compertum est.... illam cotidie sacrificasse .... hanc captivis egentibus alimenta clam suppeditasse. XXVIII, 1, 7; XXXI, 39, 7; XXXIII, 49, 1; XLII, 38, 2; XLI, 22, 2.

conclamatur: VI, 42, 13: conclamatum a patriciis est iuvenibus se id.... libenter facturos; XXXVII, 49, 5: conclamatum.... est totos adhuc Antiochi Aetolos esse et ex unica ea spe pendere animos eorum.

creditur: I, 48, 5: creditur.... admonitu Tulliae id factum; III, 10, 6: bovem locutam.... creditum; IV, 51, 3: quos sibimet ipsos conscisse mortem satis creditum est; VIII, 21, 6: an credi posse ullum populum aut hominem denique in ea condicione.... mansurum? VIII, 26, 7: quod satis credebatur obsidione domitos hostes in fidem venisse; VIII, 35, 11: creditum vulgo est subveniri eis ab legato potuisse; XXI, 22, 4; XXV, 38, 15; XXVII, 16, 4; XXVIII, 16, 2; XXXI, 38, 8; XL, 29, 8. Cfr. etiam nom. cum inf. coni.

defertur: III, 4, 5; cum defectionem parari delatum ad senatum esset; XXXV, 32, 5: et venisse eos et, quae agerent, omnia legatis Romanis deferebantur; XLV, 28, 7: percuntanti.... defertur quingentos quinquaginta principes.... interfectos, alios in exsilium actos esse, bonaque eorum.... possideri.

denuntiatur: XXXVII, 49, 8: denuntiatum.... pro hostibus omnis futuros.

desperatur: XXVI, 7, 4: non esse desperandum aliquam partem urbis occupari posse.

dicitur: V, 32, 6: quae magistratibus dici iuberet Gallos adventare; XXVI, 2, 8: itaque vere dici posse prius eos perisse; XXXIII, 47, 7: quaerentibus causam adventus dici iusserunt, venisse se ad controversias.... dirimendas; XXXIII, 48, 3: percunctanibus legatum se Tyrum missum dici iussit; XXXVIII, 56, 9: in vincula duci fratrem dictum erat; XXXIX, 50, 8: postquam dictum est incolumnes esse; XLII, 37, 6: nuntio ipsius.... dici praesidii causa ipsarum urbium Romanos facere; LII, 53, 4: satis regios apparatus ad id dictum sufficere. Cfr. nom. cum inf. coni.

edicitur: IV, 26, 12: dilectus simul edicitur et iustitium, neque aliud tota urbe agi quam bellum apparari.

exploratur: IV, 27, 10: unde maiore agmine profectos exploratum fuerat; XXVII, 42, 12: postquam satis tuta omnia esse exploratum est; XXXIX, 12, 1: satis exploratum de Aebutio ratus vanum auctorem esse.

exprobratur: XLII, 38, 5: Boeotis exprobratum societatem eos cum Perseo iunxisse.

fatendum est: XLII, 41, 10: mii fatendum est.... foedus violatum esse.

fertur: II, 54, 10: ut.... palam ferretur malo domandam tribuniciam potestatem.

habetur: VIII, 36, 3: ut.... debellari eo die cum Samnitibus potuisse pro haud dubio habitum sit.

iactatur: XXVIII, 25, 6: vulgo stipendium non datum ad diem iactabatur.

indicatur: II, 22, 4: indicatum est Volscos Hernicosque parare bellum Romanis.

inscribitur: XL, 29, 4: utraque arca inscripta erat, in altera Numam Pompilium Pomponis filium, regem Romanorum, sepultum esse, in altera libros Numae Pompili inesse.

invenitur: II, 44, 2: quando inventum sit suis ipsam viribus dissolvi; V, 14, 4: quos.... placandos esse in libris fatalibus inventum sit; X, 47, 7: inventum in libris Aesculapium ab Epidauro Romam arcessendum.

mandatur: XXXIX, 5, 5: fore ut memoriae ac posteritati mandetur eiusdem collegii alterum e duobus tribunis plebis suas inimicitias remisisse rei publicae, alterum alienas et mandatas exercuisse; XXXIX, 50, 10: ut a quibusdam eorum.... memoriae mandatum sit tres claros imperatores eo anno decessisse.

memoratur: V, 2, 14: quem auctorem aliquot annis ante fuisse memoratum est.... tribuniciae potestatis dissolvendae.

notatur: XXVIII, 9, 18: notatum est.... plura carmina.... iactata; XLIV, 18, 8: notatum est ludis circensibus.... sexaginta tres Africanas et quadraginta ursos et elephantos lusisse.

nuntiatur: sexaginta fere locis acc. cum inf. coni. invenitur. Cfr. nom. cum inf. coni.

obicitur: XXXIX, 51, 2: quia a Flaminio inter cetera obiectum Prusiae erat hominem omnium qui viverent infestissimum populo Romano apud eum esse; XLII, 41, 5: nihil ultra obicitur quam interfectores eius in regno exsulasse meo.

palam fit: XXIX, 5, 6: si palam fiat auxiliis adiutum ab se esse Poenum.

patefactum est: VIII, 18, 6: tum patefactum muliebri fraude civitatem premi matronasque ea venena coquere et .... deprehendi posse.

perfertur: XXI, 25, 1: nihil ultra quam Hiberum transisse Hannibalem .... Romam perlatum erat; XXXIV, 16, 8: ad devios montanos profectum etiam falso perlatum est.

peroratur: XXXIV, 31, 19: breviter peroratum esse potuit, nihil me .... cur eius vos paeniteret, commisisse.

persuadetur: II, 2, 7: ita persuasum est animis, cum gente Tarquinia regnum hinc abiturum; V, 45, 1: aeqis iniquisque persuasum erat tantum bello virum neminem usquam ea tempestate esse; XXXIII, 32, 3: vix cuiquam persuadebatur Graecia omni cessuros.

proditur: III, 39, 2: L. Valerium Potitum proditum memoriae est .... tumultum excivisse; III, 54, 12; VIII, 6, 1: proditur memoriae .... vocem Anni .... auditam; VIII, 24, 1: eodem anno Alexandream in Aegypto proditum conditam; XXIV, 43, 7: ludos scenicos .... factos ab curulibus aedilibus memoriae proditur; XXV, 31, 9; XXVII, 36, 8; XXVII, 40, 8; XXVIII, 38, 7; XXXVI, 37, 2; XL, 29, 2; XL, 40, 6.

promittur: VIII, 24, 8: promissum est regem aut vivum aut mortuum in potestatem daturos; XXXV, 8, 7; tuto ac sine certamine id facturos promissum est.

pronuntiatur: XXIV, 24, 7: auxiliares instructos .... bonaque eorum praedae futura interfectoribus pronuntiatum; XLIV, 29, 7; XLV, 6, 8.

recipitur: XXXIII, 13, 15: obsides pecuniamque reddi Philippo receptum est.

refertur: VII, 20, 8: indutias in centum annos factas in aes referri placuit; XXII, 43, 7: cum relatum esset visum procul hostium agmen.

renuntiatur: IV, 24, 2: cum renuntiatum .... esset negata Veientibus auxilia iussosque suo consilio bellum initum suis viribus exsequi; XXIX, 1, 5: renuntiari sibi dixit quosdam .... horrere eam militiam; XXIV, 29, 8: renuntiandum igitur eis esse Leontinos quoque aequum censere se liberos esse; XLII, 45, 5: renuntiatum erat respondisse legatos.

repetitur: VII, 3, 3: repetitum ex seniorum memoria dicitur, pestilentiam quondam clavo ab dictatore fixo sedatam. Cfr. memoria repetitur.

rescribitur: XXII, 33, 10: a consulibus rescriptum sine detrimento rei publicae abscedi non posse ab hoste.

respondetur: III, 50, 12: et viros et armatos se esse respondetur; IV, 58, 6: qui legatis .... daturos quod Lars Tolumnius dedisset, responderi iussit; XXXIII, 38, 7: respondebatur nihil neque mirari Antiochum debere. Tempus perf. II, 15, 1; II, 18, 10; V, 17, 7; V, 54, 7; VI, 10, 7; IX, 45, 2; X, 45, 5; XXI, 11, 2; XXI, 20, 5; XXIII, 21, 4; XXX, 37, 13; XXX, 40, 4; XLV, 3, 6; aliisque locis multis.

scitur: XXIII, 39, 1: inde scitum legatos cum litteris captos; XLII, 26, 5: sciretur denique venisse eos.

significatur: III, 28, 5: non adventum modo significari sed rem ab suis coeptam; XLIV, 29, 3: cum aliquas alto praeferri onerarias naves ex speculis significatum foret.

scribitur: XXXII, 1, 11: ex Bruttiis .... scriptum eculeum cum quinque pedibus, pullos gallinaceos tris cum ternis pedibus natos esse; XXXII, 1, 12: scriptum erat lauream in puppi navis longae enatam; XXXIX, 28, 12: scriptum

est Chersonesum et Lysimachiam Eumeni dari. XLIV, 44, 5: scriptum.... erat.... classem.... appulsam esse.

simulatur: XXI, 25, 7: simulari coeptum de pace agi. Cfr. nom. cum inf. coni.

speratur: XLV, 17, 7: quorum de consilio sperari posset imperatores nihil indignum nec clementia nec dignitate populi Romani decreturos esse.

subicitur: XXIX, 15, 1: tempus esse a quibusdam senatoribus subiectum est.... ea non ultra pati.

traditur: I, 55, 3: movisse numen ad indicandam tanti imperii molem traditur deos; II, 36, 8: eum functum officio pedibus suis domum redisse traditum memoriae est; II, 39, 12: sacerdotes.... isse supplices ad castra hostium traditum est; IV, 23, 2: neuter tribunos militum eo anno fuisse traditum ab scriptoribus antiquis dissimulat; IV, 60, 1: nihil acceptum umquam a plebe tanto gaudio traditur; V, 15, 11: sic igitur libris fatalibus, sic disciplina Etrusca traditum esse.... victoriam de Veientibus dari; V, 21, 16: convertentem se.... traditur memoriae prolapsum cecidisse; IX, 29, 10: traditur inde.... omnis intra annum cum stirpe exstinctos; XLIV, 22, 17: traditum est memoriae maiore quam solita frequentia prosequentium consulem celebratum. Cfr. etiam nom. cum inf. coni.

vertitur: XL, 59, 8: de mensa oleas quoque praegustasse mures in prodigium versum est.

videtur: I, 10, 7: ita deinde diis visum, nec irritam conditoris templi vocem esse.... nec multitudine compotum eius doni vulgari laudem; V, 25, 7: visum collegio.... partem decumam Apollini sacram esse; XXXV, 36, 7: cum restitui videretur interceptam (libertatem). Cfr. nom. cum infr. coni.

vulgatur: XXVIII, 45, 1: vulgatum erat.... ad populum extemplo laturum; XXXIII, 48, 10: non comparere eum vulgatum est; XXXVI, 34, 5: vulgatum per omnes ordines Quinctium esse; XL, 32, 1: vulgatum est castra amissa esse et tum cum maxime ardere.

Acc. cum. inf. coni. obiecti loco positus.

I. Verba sentiendi.

A. Verba sentiendi propria.

Apud Draegerum desunt verba "viso", "respicio". Nullum ibidem affertur exemplum Livianum verbi "conspicio".

audio: legitur locis plus centum quindecim active usurpatum hoc verbum. Notanda videntur: IV, 20, 7: hoc ego cum Augustum Caesarem .... se ipsum in thorace linteo scriptum legisse audissem; X, 8, 10: en umquam fando audistis patricios primo esse factos non de caelo demissos; cfr. IV, 3, 10: fando auditum esse; XXI, 38, 5: ex ipso autem audisse Hannibale .... triginta sex milia hominum .... amisisse; XLV, 39, 16: hoc dicere me potius quam illum audi. Hoc. quidem loco forsitan desiderari possit participium, cuius tamen locutionis perpauca apud nostrum inveni exempla, XL, 15, 12; XLI, 23, 7.

cerno: saepius multo quam perceptionem sensibus effectam cogitationem significat apud nostrum hoc verbum. Plerisque enim locis "cerno" idem valet ac "intelligo", quae res praecipue est perspicua eis locis ubi inf. fut. vel gerund. exstat.

Inf. praes. locis plus quadraginta invenitur.

Inf. perf. legitur locis viginti quinque.

inf. fut. locis sedecim usurpatur.

inf. gerund. exstat VII, 25, 7; XXI, 21, 3; XXXIII, 11, 9.

Exempla part. praes. invenii XXVIII, 22, 8; XXXIII, 9, 6; XXXIX, 16, 10; XLII, 13, 3.

conspicio: aliquot locis exstat part. praes.: XXI, 4, 7; XXI, 48, 6; XLV, 39, 8. Part. perf. legitur IX, 14, 6; XXI, 48, 6.

Inf. praes. usurpatur XL, 31, 4: quos ubi et propius accedere et plures quam soliti erant Celtiberi conspexerunt.

Simul exstant part. praes. et inf. XXI, 33, 2: conspiciunt alios .... super caput imminentis, alios via transire hostis.

respicio: XXXIV, 50, 8: respiciunt praesidium ab Acrocorintho descendens protinus duci ad portam atque abire. Participium VIII, 24, 15.

De cogitatione usurpatur hoc verbum XXX, 28, 11.

video: sicut verbum "cerno" saepius ad perceptionem cogitatione effectam significandum usurpatur hoc verbum, quam ob rem plerisque locis acc. cum inf. coni. regit. Locis plus septuaginta exstat inf. praes. verbi act. vel dep., ubi usurpari videatur potuisse participium. Part. perf. gen. pass. legitur locis sexaginta fere, plerumque non adhibita copula "esse." Simul exstant part. praes. et inf. XXI, 53, 5: si videant nos .... in media Italia paventis ...., Poenum quod inter Alpis Appenniumque agri sit, suae dicionis fecisse; XXXVIII, 40, 10: postquam primos superasse angustias viderunt, postremos nondum appropinquantis.

Una cum nomine substantivo obiecti loco posito acc. cum inf. coni. regit verbum "video" XXI, 33, 3: ut trepidationem in angustiis suoque ipsum tumultu misceri agmen videre; XXVI, 6, 6; postquam cohortis Hispanorum stragem vidit summaque vi castra hostium defendi; XXVIII, 39, 7: ut .... alterum excidium patriae videremus, nec ad perniciem nostram .... aut duce aut exercitu opus esse.

Inf. fut. gen. act. sex locis invenitur; inf. gerund. quinquies.

viso: III, 68, 2: ex muris visite agros vestros ferro ignique vastatos, praedam abigi, fumare incensa passim tecta.

B. Verba quae perceptionem cogitatione effectam exprimunt.

A Draegero non laudantur haec verba: compertum habeo, pro comperto habeo, divino, excipio, exploratum habeo, noto, praecipio animo, praesagio, praescio, provideo.

Ibidem mullum affertur exemplum Livianum horum verborum: adverto, agnosco, disco, experior, ignoro.

accipio: in decade prima sedecim locis legitur hoc verbum, in secunda novies invenitur, in quarta septies, in quinta sexies.

adverto: XLIV, 46, 4: situm urbis undique aspiciens, quam non sine causa delectam esse regiam advertit.

agnosco: XXXIV, 61, 3: instruit etiam secretis notis, per quas haud dubie agnoscerent sua mandata esse.

animadverto: locis viginti quinque invenitur hoc verbum active usurpatum. Locutio "animum adverto" exstat XLV, 5, 2: cum in contione esse populum Samothracum animum advertisset.

cognosco: active usurpatum minus saepe cum acc. cum inf. coni. exstat hoc verbum quam passive. Verbum activum legitur II, 6, 7; X, 20, 6; X, 20, 8; XXV, 13, 10; XXXVII, 17, 1; XXXVII, 23, 5; XLII, 65, 2.

comperio: active usurpatum acc. cum inf. coni. regit hoc verbum IV, 39, 8; V, 35, 3; V, 46, 11; VIII, 30, 3; X, 17, 1; XXI, 32, 9; XXIV, 24, 4; XXV, 30, 12; XXVI, 8, 10; XXVII, 1, 14; XXIX, 20, 8; XXXIII, 30, 6; XXXIV, 62, 5; XLII, 13, 6; XLII, 41, 8; XLV, 44, 11.

compertum habeo: III, 48, 1: compertum se habere nocte tota coetus in urbe factos esse ad movendam seditionem; VIII, 23, 2; XXVI, 45, 7; XXVI, 48, 13; XXXIV, 32, 6; XLIV, 15, 3.

pro comperto habeo: XXVII, 36, 4: pro comperto habere Hasdrubalem .... Alpes traiecturum, nec tum eum quicquam aliud morari.

Alterum huius modi locutionis non inveni exemplum.

disco: VII, 4, 5: ubi .... iuvenis cotidiana miseria disceret vere imperioso patre se natum esse.

divino: IV, 2, 9: si divinassent concedendo omnia non mitiorem in se plebem sed asperiorem .... futuram.

quaest. obl. XL, 36, 1.

doceor: II, 32, 2: doctos .... nullam scelere religionem exsolvi; IX, 14, 13: ut doceretur miles minime cuiquam militum consules odio in hostes cessisse aut cessuros; IX, 40, 4: docti a ducibus erant horridum militem esse debere;

edoceor: XXI, 32, 10: edoctus interdiu tantum obsideri saltum; XXII, 13, 5: edoctus a peritis regionum, si eum saltum occupasset, exitum Romano ....

interclusurum; XXIX, 18, 6: qua tanta clade edoctus tandem deos esse; XXXVIII, 36, 8: edocti populi esse, non senatus ius suffragium .... impertire.

excipio: IV, 30, 3: legem .... cum ab tribunis parari consules unius ex collegio proditione excepissent.

Cuius locutionis exemplum non inveni alterum.

experior: II, 55, 9: facile experti sunt parum tutam maestatem sine viribus esse; X, 22, 3: expertum se nihil concordi collegio firmius ad rem publicam tuendam esse; XXII, 35, 3: tum experta nobilitas parum fuisse virium in competitoribus eius; XXXI, 7, 14: experti iam sumus foris nobis quam domi feliciora potentioraque arma esse; XXXV, 45, 6: nihil enim aequi ab Romanis impetrari posse .... satis expertum esse; XXXVII, 18, 5: expertus nulla parte virium se parem esse.

exploro: active usurpatum apud Livium nusquam invenitur hoc verbum.

exploratum habeo: XXV, 38, 16: exploratum habeo non vigiliarum ordinem, non stationes iustas esse; XL, 36, 3: qui illud exploratum habeat, quieturos milites, si diutius in provincia retineantur.

ignoro: I, 28, 5: ut nec vobis ignorantibus deseri vos averteretur a certamine animus; I, 34, 3: ignorans nurum ventrem ferre; II, 13, 3; VI, 41, 4; IX, 9, 3; XXI, 13, 2; XXII, 59, 1; XXXI, 7, 2; XXXII, 20, 6; XXXII, 30, 9; XLII, 12, 7.

intellego: V, 11, 13: neque intellegere (eos) nocendi sibi diutius tum potestatem ereptam esse; V, 29, 8; IX, 26, 12; XXVI, 12, 4; XXXVI, 9, 9; XL, 27, 15, XL, 55, 3; XLV, 36, 5.

invenio: in decade prima locis viginti acc. cum inf. coni. regit hoc verbum, in ceteris libris qui nobis praesto sunt octies.

Eodem fere sensu usurpatum ac locutio "convenire aliquem" aliquot locis acc. cum part. adhibet.

nescio: XXXIV, 6, 9: quis igitûr nescit novam eam legem esse?

Alterum non inveni exemplum. Cfr. "ignoro."

noto: VII, 34, 15: ne ducem circumire hostes notarent.

Alterum huius verbi active usurpati non inveni exemplum.

praecipio: XXXVIII, 20, 1: non comminus pugnam sed procul locis oppugnandis futuram praeceperat animo.

praemoneor: X, 14, 7: praemonitis militibus adesse certamen.

praesagio: XXVI, 41, 19: animus quoque meus .... praesagit nostram Hispaniam esse.

praescio: XXIV, 26, 2: ea cum ad se quoque veniri praescisset.

Hoc tantum inveni exemplum.

provideo: XXXI, 1, 5: iam provideo animo .... in vastiorem me altitudinem ac velut profundum invehi.

reperio: huius verbi nullum apud nostrum inveni exemplum.

scio: inf. praes. gen. act. legitur locis plus sexaginta.

inf. perf. gen. act. vel verbi dep. usurpatur locis viginti quinque.

inf. fut. verbi act. vel dep. locis viginti quinque invenitur.

inf. praes. gen. pass. exstat locis quattuordecim.

inf. perf. gen. pass. plus vicies usurpatur.

inf. gerund. quinquies legitur.

sentio: inf. praes gen. act invenitur locis plus triginta.

inf. perf. gen. act. vel verbi dep. legitur septies.

inf. praes. gen pass. usurpatur locis undecim.

inf. perf. gen. pass. exstat locis viginti septem.

inf. gerund. legitur XLIV, 8, 4.

Notandum videtur hoc verbum in libris tribus primis non minus duodeviginti locis exstare, in omnibus ceteris non amplius duodequadraginta.

C. Verba cogitandi.

Nullum a Draegero affertur exemplum horum verborum: respicio, induco in animum. Ibidem non laudatur exemplum Livianum horum: cogito, diffido, fido, reputo. Verbi autem "fido", quod non ante Silium et Lucanum regere acc. cum inf. coni. affirmat Draegerus, octo infra afferuntur exempla Liviana.

agito animo: I, 36, 4: hoc animo agitavi .... te novacula cotem discussurum.

arbitror: inf. praes. act. legitur sexies.

inf. perf. act. invenitur locis octo.

inf. fut. gen. act. usurpatur VII, 30, 17.

inf. praes. gen. pass. exstat locis quinque.

inf. perf. act. legitur quattuor locis.

inf. fut. gen. act. exstat locis novem.

inf. praes. gen. pass. tribus locis legitur.

inf. perf. gen. pass. novem locis usurpatur.

inf. gerund. locis plus centum quadraginta invenitur.

inf. coniug. periphr. exstat XXII, 60, 20; XXV, 38, 7.

certior fio: III, 52, 1: certior facta plebs contentionibus assiduis nihil transigi: VIII, 23, 1; XXVIII, 35, 2; XXXIII, 6, 3; XXXV, 24, 2; XXXVI, 43, 2; XXXVII, 27, 2; XXXIX, 34, 1; XL, 56, 1; XLI, 5, 10.

certum habeo: V, 3, 2: id ego hoc anno desisse dubitari certum habeo; VII, 30, 22; XXI, 43, 16; XXII, 3, 1; XXVIII, 40, 6; XXVIII, 43, 6; XXIX, 4, 8; XXXVI, 28, 4; XXXIX, 15, 6; XLII, 40, 9; XLIV, 14, 13; XLIV, 38, 5; XLIV, 39, 7.

pro certo habeo: IV, 35, 8: ex quibus pro certo habeat patres .... bello inexpiabili se persecuturos; V, 11, 15; VI, 6, 12; IX, 1, 11; X, 7, 8; XXIII, 17, 10; XXIX, 21, 10; XXXVII, 45, 16; XLII, 13, 10.

inf. nudus: XLIV, 22.

cogito: III, 9, 11: ut .... cogitetis potestatem istam ad singulorum auxilium, non ad perniciem universorum comparatam esse; IV, 58, 4: qui .... parum cogitaverunt nulla virtute superari humanarum virium modum; XXVI, 22, 9: cogitate bellum Punicum in Italia et hostium ducem Hannibalem esse; XXXIII, 40, 2: ipsos non cogitare Asiam nihil ad se pertinere.

confido: I, 41, 5: confidere prope diem ipsos visuros; IV, 32, 6: satis confidere nec sceleratissimis hostibus diuturnum .... gaudium fore, et populum Romanum intellecturum; VI, 15, 4: X, 21, 15; XXIX, 12, 9; XXXIV, 60, 5; XXXVI, 40, 2; XLII, 46, 3; XLIV, 13, 7; XLIV, 22, 13; XLV, 5, 8.

credo: inf. praes. gen. act. usurpatur locis plus septuaginta.

inf. perf. act. locis quinquaginta fere legitur.

inf. fut. act. exstat sexaginta fere locis.

inf. praes. gen. pass. invenitur locis quadraginta quattuor.

inf. perf. pass. locis sexaginta fere legitur.

inf. fut. gen. pass. exstat VIII, 3, 10: quae actum iri secum credant.

inf. coniug. periphr. usurpatur XL, 9, 11;

inf. gerund. *XXXIX, 47, 9; XLV, 24, 2.

Additur persona cui creditur aliquid I, 16, 2; I, 55, 8; XXXII, 21, 16; XL, 21, 2; XL, 34, 11.

despero: XXI, 13, 8: equidem haud despero .... aliquid ex his remissurum; XXI, 30, 11: quae adiri posse Poenus desperet; XXXI, 37, 11: desperantibus plerisque incolumem evasurum; XXXII, 35, 2: desperantibus venturum; XXXIX, 23, 7: cum .... non desperasset impetrari posse (id ius).

diffido: X, 33, 10: diffisi duobus exercitibus resisti posse; XXI, 26, 6: diffisi citeriore agro arceri Poenum posse; XXI, 53, 8: adesse gerendae rei fortunam haud diffidebat; XXIV, 33, 9: non diffidebant .... urbem parte aliqua se invasuros; XXVI, 14, 2: haud diffidentes sibi quoque placabilem fore; XXVIII, 31, 5: non diffidentes sibi quoque ignosci posse; XXXII, 39, 2: non diffidere sibi omnia cum eo conventura; XXXVII, 31, 1: longinqua tueri diffidebat se posse; XXXVIII, 1, 4: non diffidere sibi facile conventurum.

dubito: I, 23, 7: nec te dubito .... eadem prae te ferre; II, 64, 8; V, 3, 4; V, 5, 3; VI, 12, 2; VI, 20, 5; VII, 4, 7; XXII, 55, 2; XXV, 15, 20; XXVI, 15, 5; XXVIII, 24, 15; XXXIII, 28, 9; XXXIII, 31, 6; XXXV, 27, 14; XXXVI, 41, 2; XXXVII, 4, 7; XXXVII, 26, 7;

quin: praef. 4; I, 51, 5; IV, 4, 4; XXII, 39, 15; XXIV, 22, 15; XXVIII, 18, 8; XXXVI, 9, 8; XLI, 24, 18. Cfr. adiectivum "dubius," dubium."

pro dubio habeo: XLI, 6, 10: ne pro dubio habeant nihil inter se et argento parata mancipia interesse.

pro non dubio sumo: XXXIX, 28, 5: pro non dubio paulo ante .... legati Eumenis sumebant, quae Antiochi fuerunt Eumenem aequius esse quam me habere.

duco: saepius non adhibito infinitivo copulae duos accusativos regit hoc verbum. Acc. cum inf. coni. exstat: VII, 18, 3; XXII, 14, 6; XXIII, 42, 12; XXIV, 14, 5; XXXIII, 47, 4; XXXIV, 2, 3; XXXIV, 58, 11; XXXV, 17, 1; XXXVIII, 43, 1; XLII, 13, 11; XLII, 7, 9; XLIV, 39, 2; XLV, 13, 7.

existimo: inf. praes. gen. act. II, 38, 4; XXI, 41, 1; XXIII, 15, 11; XXXI, 22, 8; XXXI, 31, 4; XXXII, 21, 25; XXXIII, 40, 4; XXXV, 12, 8; XXXVII, 26, 11; XXXVIII, 17, 15; XXXVIII, 46, 1; XXXVIII, 48, 15; XL, 35, 10.

inf. perf. act. V, 11, 12; XXX, 14, 4; XXXVII, 54, 28;

inf. fut. act. XXI, 43, 11; XXXIV, 4, 19; XXXV, 27, 15; XL, 13, 9; XL, 35, 10; XLII, 29, 6.

inf. praes. gen. pass. XXXIV, 6, 8: XLII, 11, 2; XLII, 39, 4; XLIII, 8, 5; XLIV, 22, 3.

inf. perf. pass. VI, 37, 10; XXVIII, 42, 22; XXXIV, 5, 1; XXXIV, 54, 4; XXXV, 44, 3; VLIII, 8, 5.

inf. gerund. XXXV, 25, 11; XLIV, 22, 11.

exspecto: XLII, 22, 2: cum exspectaret effusos omnibus portis Aetolos in fidem suam venturos.

ut: XLII, 40, 1: exspectari nos .... arbitror, ut respondeamus litteris tuis.

fido: V, 26, 5: castra locant nulla re alia fidentes ea satis tuta esse; IX, 38, 10; nec .... nuntium perferri .... posse nec vivere Marcium consulem satis fidebant; XXII, 26, 7: satis fidens haudquaquam .... artem imperandi aequatam; XXIII, 16, 11: satis fidens .... tumultum aliquem in urbe plebem motu-

ram; XXIV, 40, 17: neque terrestri neque navali certamini satis fore parem se fidens; XXXVI, 16, 3: satis fidens numquam ea vim Romanum exercitum facturum; XXVII, 28, 14: haud ferme fidenti defensurum se urbem; XXXVIII, 21, 1: ab duobus lateribus satis fidentes invia esse.

induco in animum: II, 54, 5: iam nunc ita in animum inducant, consulatum captum et oppressum ab tribunicia potestate esse.

inf. nudus exstat I, 17, 4; II, 15, 3; II, 18, 11; XXVIII, 18, 4; XLIV, 23, 1.

ut: II, 5, 7; aliisque locis.

iudico: saepius duos accusativos regit hoc verbum sicut verbum "duco." Nullus usquam inventur infinitivus nisi copula "esse," quae his locis exstat: III, 21, 2; III, 40, 7; III, 72, 6; VII, 13, 6, bis VIII, 19, 10; XXVII, 19, 5; XXIX, 14, 8; XXXIV, 42, 6; XXXIX, 16, 5; XXXIX, 16, 9;
XLV, 37, 3.

memini: inf. praes. gen. act. invenitur I, 47, 2; III, 61, 1; VII, 40, 6; XXIX, 28, 8; XXXI, 41, 10; XXXIX, 32, 11; XLV, 13, 15.

inf. perf. act. V, 6, 5; VII, 30, 2; XXXVI, 34, 3;

inf. praes. gen. pass. X, 21, 15; XXVIII, 19, 11; XXXIV, 31, 13;

inf. perf. pass. V, 53, 2; X, 14, 11; XXVII, 38, 1; XXIX, 28, 8; XLI, 18, 1.

inf. gerund. V, 30, 1: qui meminissent sibi pro aris focisque....dimicandum fore.

obliviscor: X, 37, 8: ut me consulem esse obliviscar; XXXII, 21, 23; nostrorum ipsi vulnerum..... obliviscamur, caedes direptiones que.... factas, et hospitem..... occisum, et..... Sicyonios..... interfectos,..... uxorem ....asportatam. XXXIX, 5, 4: quid privatim M. Aemilius mandaverit, meminisse, tribunatum sibi a populo Romano mandatum oblivisci, et mandatum pro auxilio ac libertate privatorum, non pro consulari regno; XL, 46, 1: non obliti sumus....vos....moribus nostris praepositos esse, et nos a vobis et admoneri et regi, non vos a nobis debere.

opinor: I, 18, 4: suopte igitur ingenio temperatum animum virtutibus fuisse opinor magis instructumque; XXXVII, 9, 6; quem terra venturum opinabatur; XXXVII, 26, 10: nihil minus opinantem quam Polyxenidam....potestatem pugnae facturum.

puto: inf. praes. gen. act. viginiti locis usurpatur.

inf. perf. act. septies legitur.

inf. fut. act. sexies invenitur.

inf. praes. gen. pass. exstat locis duobus.

inf. perf. pass. octo locis usurpatur.

inf. gerund. legitur III, 1919; V, 53, 3.

Animadvertendum esse videtur in prima decade hoc verbum locis triginta septem inveniri, in libris posterioribus septies tantum legi.

recordor: IX, 19, 12: per annos quattuor et viginti....classibus certatum cum Poenis recordor; XXVIII, 43, 17: neque recordatur....patuisse tamen portus Africae, et res egregie....gessisse et....invictum ad ultimum permansisse.

reor: inf. praes. gen. act. octoginta fere locis legitur.

inf. perf. act. locis usurpatur quattuordecim.

inf. fut. act. locis viginti quinque usurpatur.

inf. coniug. periphr. legitur IX, 19, 12.

inf. praes. gen. pass. exstat locis triginta uno.

inf. perf. pass. locis viginti novem usurpatur.

inf. gerund. locis sexaginta fere exstat.

Notandum esse videtur participium "ratus" non minus ducentis quinquaginta locis exstare, ceteras formas huius verbi haud plus triginta quinque.

reputo: XXI, 41, 16: identidem hoc animo reputet, nostras nunc intueri manus senatum populumque Romanum; XXIV, 16, 13: si reputabitis nulla ignaviae nota leviore vos designari potuisse.

respicio: XXX, 28, 11: cum respicerent bis sese acie victos, Syphacem captum, pulsos se Hispania, pulsos Italia, atque ea omnia unius virtute et consilio Scipionis facta.

spero: inf. praes. gen. act. legitur IV, 2, 14, (posse); X, 7, 12; XXVIII, 35, 11; XXXI, 21, 10, (posse); XXXIV, 11, 7; XXXIV, 31, 5; XLIV, 27, 3, (posse).

inf. perf. act. exstat IV, 15, 6; XLIV ,22, 3; XLV, 41, 9.

inf. fut. act. locis viginti quinque usurpatur.

ut: XXXIV, 27, 3.

Saepius multo apud nostrum inveniuntur locutiones, quae nomen "spes" continent cum copula quadam coniunctum, quare partem aliam inspicias quaeso de nominibus.

suspicor: XXVII, 47, 6: minime id quod erat suspicari poterat, tantae rei frustratione Hannibalem elusum; XXXII, 12, 8: cum ex iniquitate locorum id quod erat suspicatus esset, sequi non posse hostem.

timeo: II, 7, 9: ego me .... ipsum cupiditatis regni crimen subiturum timerem? *V, 21, 6: nihil minus timentes quam .... arcem iam plenam hostium esse. X, 36, 3: ni cedenti instaturum alterum timuissent.

D. Verba affectuum.

Apud Draegerum omnino desunt haec verba: erubesco, fastidio, gravor, horreo. Nullum ab eodem affertur exemplum Livianum horum: angor, maereo.

angor: I, 46, 6: angebatur ferox Tullia nihil materiae in viro neque ad cupiditatem neque ad audaciam esse; XXVIII, 8, 1: Philippus maerebat quidem et angebatur .... nulli tamen se rei in tempore occurrisse, et .... elusisse celeritatem fortunam suam.

congratulor: III, 54, 7: congratulantur libertatem concordiamque civitati restitutam.

conqueror: II, 3, 3: libertatem aliorum in suam vertisse servitutem inter se conquerebantur; IV, 56, 10: nequiquam conquesti non esse in auctoritate senatus tribunos militum; VIII, 2, 9: conquesti eadem se foederatos pati; XXXVIII, 54, 8: is morte P. Africani .... eam exortam rogationem est conquestus.

doleo: VII, 30, 13: quia dolent iniuriam acceptam Samnites; VIII, 31, 3: tamquam non eadem mente pugnari vetuerit, qua pugnatum doleat.

erubesco: *XLV, 38, 7: Literni domicilium et sedem fuisse domitoris Africae, Literni sepulcrum ostendi erubescamus.

Nudus exstat infinitivus X, 8, 5; XLII, 41, 2; XLV, 35, 5.

fastidio: VI, 41, 2: est aliquis, qui se inspici aestimari fastidiat.

Nudus exstat infinitivus X, 8, 6.

fero: aegre: VI, 11, 3: aegre ferebat solum eum in magistratibus, solum apud exrecitus esse; XXIII, 5, 3: aegre ferre senatum populumque Campanum adversi quicquam evenisse Romanis; XXIV, 27, 4: aegre ferebant et .... legatos isse ad Appium Claudium et .... alios .... missos; XXV, 38, 17; vos .... revocatos aegre ferebatis; XXVI, 24, 6: quos aegre ferrent Actoli a corpore suo diremptos; XXXIV, 36, 7: pretia militiae casura in pace aegre ferebant.

fero aequo animo: XXVIII, 29, 5: vos ne dici quidem aequo animo fertis.

fero indigne: XXXIX, 16, 11: quia suum numen sceleribus libidinibusque contaminari indigne ferebant, XLII, 57, 3: indigne ferentes non latam Pheraeis opem.

fero moleste: V, 4, 5: moleste antea ferebat miles se suo sumptu operam rei publicae praebere.

fremo: I, 17, 7: fremere deinde plebs multiplicatam servitutem, centum pro uno dominos factos; II, 6, 4: ignominias demendas belloque amissa repetenda minaciter fremunt; II, 44, 8; III, 56, 7; IV, 18, 3; IV, 37, 5; IV, 58, 9; VI, 6, 17; VI, 16, 5; VII, 37, 9; VIII, 13, 1; VIII, 39, 10; X, 14, 19; XXVI, 7, 3; XXVI, 18, 16; XXVII, 26, 9; XXXIII, 28, 4; XXXIII, 48, 11; XL, 55, 1.

gaudeo: II, 50, 3; gaudere etiam multo successu Fabiis audaciam crescere; IV, 7, 6; fore ut postmodo gaudeant se irae moderatos; V, 4, 5; V, 4, 6; V, 9, 7; VII, 30, 13; XLII, 19, 7.

gaudio efferor: XXI, 53, 1: gaudio efferri .... ea se vicisse.

glorior: I, 28, 11: gloriari licet nulli gentium mitiores placuisse poenas; IV, 2, 4: quem ad modum plebs gloriari posset auctiorem amplioremque se esse; VIII, 4, 3; X, 18, 13; X, 23, 5; XXII, 59, 10; XXIII, 42, 5; XXIII, 42, 7; XXVI, 15, 12; XXVII, 17, 10; XXXVI, 17, 10; XLI, 16, 9; XLII, 61, 4.

in gloria pono: XXVI, 37, 6: ad moenia urbis Romanae nullo prohibente se pervenisse in gloria ponebant.

gratulor: I, 28, 1: Mettius Tullo devictos hostes gratulatur; III, 28, 4: Romani civilem esse clamorem atque auxilium adesse inter se gratulantes; IV, 40, 2: ut clamor urbem pervaderet gratulantium salvos victoresque redisse equites; XXI, 50, 8: gratulatus sospitem cum exercitu et navibus advenisse.

quod: V, 3, 3; XXXI, 11, 8;

gravor: I, 56, 1: minus tamen plebs gravabatur se templa deum exaedificare manibus suis.

Nudus exstat infinitivus I, 9, 4: proinde ne gravarentur homines cum hominibus sanguinem ac genus miscere; XXXI, 46, 4; XLIV, 38, 3.

habeo aegre: VII, 5, 7: aegre habuit filium id pro parente ausum;

Alterum huius locutionis exemplum non inveni.

habeo pro indignissimo: I, 40, 2: pro indignissimo habuerant se patrio regno .... pulsos, regnare Romae advenam.

horreo: X, 10, 11: non tam quia imminui agrum quam quia accolas sibi quisque adiungere tam efferatae gentis homines horrebat.

Nudus exstat infinitivus praeterea VII, 30, 23; VII, 40, 9.

indignor: I, 49, 6: quo .... minus per se nihil agi indignarentur I, 57, 2: quod se in fabrorum ministeriis ac servili tam diu habitos opere ab rege indignabantur; II, 32, 9; III,, 38, 2; V, 4, 3; VI, 40, 15; XXII, 14, 7; XXII, 41, 3; XXV, 23, 7; XXVI, 31, 3; XXIX, 17, 2; XXX, 37, 8; XXXI, 31, 12; XXXI, 31, 13; XXXII, 34, 4; XXXIV, 5, 13; XXXIV, 6, 1; XXXIV, 23, 3;

XXXIX, 36, 15; XXXIX, 37, 8; XXXIX, 53, 7; XL, 10, 5; XLII, 37, 8; XLIII, 1, 9; XLIV, 27, 2.

quod: IV, 3, 8: XXI, 1, 3; XXI, 30, 3; **Inf. nudus:** XXXIX, 41, 2.

laetor: V, 3, 3: laetor tandem longi erroris vobis finem factum esse; IX, 14, 16: milites laetari obviam itum irae suae esse; IX, 36, 14: laetati serius se .... venisse; XXI, 10, 11: Hamilcarem .... perisse laetatus sum; XXX, 30, 3: laetor te mihi sorte ....datum; XXXIII, 25, 8: quo magis pacem ratam esse in Macedonia vulgo laetarentur.

laudo: I, 45, 2: eum consensum deosque consociatos laudare mire Servius. Dubius fortasse videatur hic locus sed tamen citandus mihi est visus.

maereo: vide supra verbum "angor."

miror: I, 9, 9: miratur tam brevi rem Romanam crevisse; I, 43, 12: nec mirari oportet hunc ordinem .... ad institutam summam non convenire; V, 12, 11; V, 34, 6; VI, 34, 6; IX, 15, 9; XXI, 38, 6; XXII, 61, 10; XXVI, 2, 13; XXVIII, 27, 13; XXIX, 16, 2; XXIII, 40, XXXIII, 44, 4; XXXIV, 5, 5; XXXIV, 14, 2; XXXIV, 31, 3; XLIV, 37, 7; XLV, 8, 3; XLV, 23, 10.

si: I, 43, 10.

patior: aegre: I, 2, 1: praelatum sibi advenam aegre patiens; VII, 5, 1: se quoque parenti causan invidiae atque criminum esse aegre patiens; IX, 22, 6; X, 1, 7; XXI, 25, 2; XXXVI, 7, 12; XXXVIII, 9, 12; XXXVIII, 34, 4; XLIV, 40, 9.

quod: VIII, 31, 4.

indigne: XXXI, 12, 2: indigne passus senatus non cessari ab sacrilegiis, et ne Pleminium quidem .... homines deterrere; XLIII, 15, 5: indigne patiens praetorum arbitrio consulem subiectum.

queror: septuaginta fere locis acc. cum inf. coni. regit hoc verbum. Locutio "queror quod" exstat: XXXV, 8, 3.

suscenseo: VII, 13, 9: quis tandem suscenseat milites nos esse, non servos vestros, ad bellum, non in exsilium missos.

II. Verba dicendi.

Desunt apud Draegerum haec verba: acclamo, adhortor, admoneo, adnuo, adscribo, aperio, appello, clamito, concedo, conclamo, coniuro, declaro, defendo, despondeo, differo, dissero, evulgo, excuso, exprobro, iacio, iacto, infio, loquor, moneo, monstro, nuncupo, obicio, obiecto, persuadeo, portendo, praefor, praemoneo, proicio, proloquor, propono, purgo, rescribo, satisfacio, significo, subicio, subtego, succlamo, testifico, vaticinor, vinco, vulgo.

Ibidem nullum exemplum Livianum affertur horum verborum: causor, edoceo, ementior, incuso, mitto, recipio.

abnuo: V, 33, 4: haud abnuerim Clusium Gallos .... adductos; VI, 6, 5; abnuentis publicum fuisse consilium; IX, 17, 5; IX, 26, 9; X, 3, 4; X, 18, 7; X, 38, 11; XXI, 12, 6; XXIV, 29, 12; XXVIII, 18, 3; XXVIII, 24, 12; XXX, 20, 6; XXXVI, 34, 6; XXXIX, 34, 3; XLII, 55, 3.

Nudus exstat infinitivus VIII, 18, 9; XLIV, 18, 9; XLIV, 43, 7.

acclamo: XXXIV, 50, 4: acclamarunt gratias se inter cetera eitam ob hoc agere.

addo: XLII, 46, 3: legati addiderunt confidere pacem futuram.

Hoc loco uno videtur active usurpari hoc verbum.

adhortor: I, 25, I: cum sui utrosque adhortarentur, deos patrios, patriam ac parentes. quicquid civium domi, quicquid in exercitu sit, illorum tunc arma, illorum intueri manus.

adicio: I, 44, 2: adicit scriptorum antiquissimus Fabius Pictor eorum .... eum numerum fuisse; VI, 6, 16; IX, 28, 6; X, 28. 16; X, 37, 11; XXIII, 12, 2; XXVI, 24 3; XXVII, 25, 5; XXVII, 37, 3; XXVII, 44, 9; XXX, 23, 6; XXX, 40, 2; XXXII, 38, 3; XXXIII, 22, 3; XXXIII, 28, 13; XXXIII, 30, 10; XXXIV, 33, 12; XXXVII, 56, 9; XXXVIII, 44, 6; XXXVIII, 56, 10; XXXVIII, 57, 7; XXXIX, 5, 7; XXXIX, 26, 9; XL, 29, 8; XL, 42, 4; XLIV, 1, 10; XLIV, 14, 8.

admoneo: III, 39, 3: admonentem Valeriis et Horatiis pulsos reges, III, 51, 1: admonet milites Verginius .... paulo ante trepidatum esse; IV, 3, 3; V, 2, 11; XXIV, 9, 2; XXVII, 9, 10; XXVIII, 19, 11; XXXIII, 8, 4; XXXIX, 15, 2; XXXIX, 50, 3; XL, 39, 8.

adnuo: XXVIII, 17, 8: amicitiam se Romanorum accipere adnuit; XXXII, 39, 3: cum adnuisset se venturum.

adscribo: XXVI, 24, 12: foederi adscriberent ita ratam fore pacem si Philippus arma .... abstinuisset.

affero: VI, 2, 2: coniurationem de bello .... factam mercatores afferebant; VI, 6, 4; VI, 31, 3; VIII, 17, 7; IX, 31, 7; XXIII, 27, 4; XXIV, 1. 6; XXVII, 50, 4; XXVIII, 25, 3; XXX, 29, 1; XXXI, 12, 5; XXXIV, 40, 5; XXXIV, 60, 1; XXXV, 24, 1; XXXV, 29, 9.

affirmo: inf. praes. gen. act. invenitur locis decem.

inf. perf. act. octo locis legitur.

inf. fut. act. locis viginti uno usurpatur.

inf. coniug. periphr. exstat XXXIV, 26, 1.

inf. praes. gen. pass. bis legitur.

inf. perf. pass. septies invenitur.

inf. gerund. exstat XLII, 50, 4.

aio: inf. praes. gen. act. quadragies fere usurpatur.

inf. perf. act. legitur locis viginti septem.

inf. fut. act. locis sedecim invenitur.

inf. coniug. periphr. exstat XXIV, 33, 7.

inf. praes. gen. octies usurpatur.

inf. perf pass locis duodeviginti legitur.

inf. gerund. septem locis invenitur.

aperio: XLIV, 28, 11: cum .... concitatio remorum directaeque in se prorae hostes appropinquare aperuissent.

appello: XL, 9, 2: non nequiquam isti unum Demetrium filium te habere, me subditum et pellice genitum appellant.

arguo: I, 16, 4: qui discerptum regem patrum manibus taciti arguerent; IV, 20, 6: titulus ipse spoliis inscriptus illos meque arguit consulem ea Cossum cepisse; IV, 21, 4: falsis criminibus a Minucio circumventum Maelium arguens; V, 10, 6; V, 113, V, 17, 2; XXIX, 19, 3; XXXII, 40, 1; XLII, 36, 4; XLII, 42, 6.

Vide etiam verba quae acc. et inf. expletivum regunt.

cano: I, 7, 10: te mihi mater .... aucturum caelestium numerum cecinit tibique aram hic dicatum iri; I, 45, 5: cecinere vates ... . ibi fore imperium; V,

15, 4: vaticinantis in modum cecinit .... numquam potiturum Veis Romanum; VII, 6, 3: id enim illi loco dicandum vates canebant; XXX, 28, 2: Q. Fabium haud frustra canere solitum graviorem in sua terra futurum hostem Hannibalem; XXXIX, 46, 4: quod inter fatalia vates cecinissent, necesse esse tabernacula in foro statui.

causor: V, 15, 6: causatus de privati portenti procuratione .... consulere velle; XXIV, 1, 10: cum .... Locrenses profugisse ipsum causarentur; XXVIII, 35, 2: causando corrumpi equos inclusos in insula penuriamque omnium rerum et facere ceteris et ipsos sentire; XXXVI, 10, 12: hiemem instare apud suos causatus.

clamito: II, 29, 3: indignum facinus esse clamitantes; II, 47, 3: vivere clamitans collegam; II, 56, 13: privatum esse clamitans (tribunum); II, 64, 6: fugere hostes ab cornu altero clamitans; III, 13, 4; IX, 43, 13; IX, 43, 18; X, 41, 7; XXVIII, 15, 8; XXXIX, 32, 10; XLIV, 6, 1; XLV, 36, 7.

clamo: III, 3, 3: exercitus et legiones adesse hostium et infesto agmine ruere ad urbem clamabant; III, 24, 1: clamabant fraude fieri, quod foris teneatur exercitus; XXV, 21, 7: clamantibus tribunis nihil introrsus virium ac roboris esse; XXXIII, 8, 1: cum .... clamarent fugere pavidos Romanos.

commemoro: XXVIII, 43, 2: commemoravit in sententia sua posse obtrectationem suspectam esse; XXVIII, 43, 17: M. Atilium captum in Africa commemorat; XXXIII, 23, 2: commemorantes obsidione sese ab eo liberatos, plerique etiam .... servitute exemptos; XXXVII, 6, 6; commemorantis multas gentes populosque .... in fidem suam venisse; XLIII, 6, 5; XLIII, 6, 8; XLIII, 7, 1.

concedo: VIII, 4, 5; concedentibus Romam caput Latio esse.

Alterum huius verbi acc. cum inf. coni. regentis non inveni exemplum.

conclamo: II, 65, 3: conclamant se ituros; V, 22, 5: adnuisse ceteri deam conclamaverunt; V, 28, 8; V, 55, 2; X, 5, 11; XXV, 15, 15; XXVI, 10, 6; XXXIV, 61, 8; XL, 7, 6.

confirmo: X, 10, 2: praesidium armatum se intra moenia et muros accepturos confirmant.

confiteor: XXXVI, 17, 10: confessus nusquam aequo campo non modo congredi se ad pugnam audere, sed ne castra quidem in aperto ponere.

coniuro: XXII, 38, 4: coniurabant sese fugae atque formidinis ergo non abituros neque ex ordine recessuros; XXVI, 25, 11: coniurant nisi victores se non redituros.

contendo: I, 46, 7: se rectius viduam et illum caelibem futurum fuisse contendere; II, 56, 8: cum a patribus non consulem sed carnificem .... creatum esse contenderet; III, 16, 5: ut non bellum sed vanam imaginem belli .... Capitolium insedisse contenderent; V, 6, 5; VIII, 16, 17; VIII, 18, 8; XXV, 17, 1; XXXII, 5, 5; XXXVIII, 58, 2.

criminor: II, 31, 5: extrahi rem criminantes; II, 37, 3: non tamen admissum quicquam ab iis criminatum venio; II, 41, 2; III, 10, 7; VI, 5, 3; XXIV, 27, 7; XXXVIII, 43, 10; XL, 13, 1.

Vide etiam verba quae acc. inf. expletivum regunt.

declaro: XXI, 52, 1: iam ambo consules et quicquid Romanorum virium erat Hannibali oppositum aut illis copiis defendi posse Romanum imperium aut spem nullam aliam esse satis declarabat.

Hoc tantum loco usurpari videtur hoc verbum acc. cum inf. coni. regens.

defendo: XXI, 18, 2: si .... faterentur ac defenderent publico consilio

factum, (quod Saguntum Hannibal oppugnasset); XXXII, 40, 1: cum .... ille ab ipsis Argivis se defenderet accitum.

defero: active usurpatum non videtur apud nostrum hoc verbum regere acc. cum inf. coni.

denuntio: inf. praes. gen. act. legitur XLIV, 14, 11; XLIV, 19, 11.

inf. perf. act. invenitur XLV, 1, 8.

inf. fut. act. exstat III, 39, 2; III, 46, 4; IV, 3, 6; IV, 12, 5; IV, 30, 15 X, 12, 2; XXII, 38, 6; XXII, 39, 8; XXXIX, 38, 9; XLII, 10, 15; XLII, 21, 4.

inf. praes. gen. pass. nusquam invenitur.

inf. perf. pass. non invenitur nisi una cum inf. fut. act. XXII, 38, 6.

despondeo: XXVIII, 38, 9: despondebant animis, sicut C. Lutatius superius bellum Punicum finisset, ita id, quod instaret, P. Cornelium finiturum atque, uti Hispania omni Poenos expulisset, sic Italia pulsurum esse.

dico: inf. praes. gen. act. plus centies invenitur.

inf. perf. act. locis plus quadraginta legitur.

inf. fut. act. exstat septuaginta fere locis.

inf. coniug. periphr. legitur X, 15, 10; XXVI, 29, 6; XXXII, 36, 6; XXXIV, 24, 5.

inf. praes. gen. pass. usurpatur locis plus viginti.

inf. perf. pass. quadraginta fere locis legitur.

inf. gerund. IV, 54, 9; VIII, 114; XXII, 25, 13; XXII, 42, 4; XXIV, 19, 7; XXVI, 22, 12; XXVI, 35, 9; XXXII, 39, 5; XXXV, 33, 16; XXXV, 36, 7; XXXVI, 11, 10; XXXVI, 27, 3; XXXVI, 28, 7; XXXVIII, 47, 8.

dictito: inf. praes. gen. act. septies usurpatur.

inf. perf. act. quattuor locis legitur.

inf. fut. act. exstat quattuor locis.

inf. praes. gen. pass. nusquam invenitur.

inf. perf. pass. legtur quattuor locis.

Animadvertendum esse videtur hoc verbum in prima decade quattuordecim locis acc. cum inf. coni. regere, in tertia quater, post librum XXVI nusquam inveniri.

differo: XXXIV, 49, 6: qui male commissam libertatem populo Romano sermonibus distulerint.

dissero: IV, 57, 2: non esse aequum mandatum sibi a populo eripi honorem disseruere; XXX, 42, 5: adversus ea M. Furius .... disseruit Aurelium relictum, ne socii .... ad regem deficerent.

dissimulo: IV, 23, 2: neuter tribunos militum eo anno fuisse traditum ab scriptoribus antiquis dissimulat; VIII, 23, 6: ceterum non posse dissimulare aegre pati civitatem Samnitium, quod .... restituerit Romanus populus; VIII, 38, 3; XXI, 56, 9; XXVI, 7, 3; XXVIII, 42, 16; XXVIII, 43, 7; XXIX, 17, 5; XXX, 12, 21; XXXIII, 39, 4; XXXIII, 41, 2; XXXIV, 25, 6; XXXVII, 53, 5; XL, 47, 3.

doceo: I, 9, 14: docebat patrum id superbia factum; I, 10, 4; IV, 6, 11; VIII, 3, 10; VIII, 29, 5; IX, 25, 5; XXIII, 10, 12; XXIV, 49, 3; XXVI, 48, 11; XXXIII, 44, 6; XLI, 3, 9.

edoceo: I, 20, 7: nec caelestes modo caerimonias sed iusta quoque funebria placandosque manes ut idem pontifex edoceret; XXI, 27, 4: edocent .... amnem .... transitum ostendere; XXII, 9, 7; cum edocuisset patres plus neglegentia caerimoniarum auspiciorumque .... peccatum a C. Flaminio consule esse; XXVII, 39, 9; XXVII, 43, 3; XXXI, 3, 6.

ementior: I, 8, 5: natam e terra sibi prolem ementiebantur; XXV, 3, 11: multiplices fuisse merces ementiebantur.

evulgo: XLIV, 27, 13: de captivis actum esse et ipsi evulgaverant.

Alterum non credo apud nostrum huius verbi acc. cum. inf. coni. regentis exstare exemplum.

exclamo: IV, 27, 12: exclamat capta hostium castra; IV, 33, 9; X, 14, 19; XXVI, 38, 9; XXXIX, 11, 2.

excuso: XXXIII, 29, 8: cum .... verbis tantum civitates excusarent nihil publico consilio factum esse; XXXVIII, 25, 4: excusantes religione obiecta venire reges non posse; XXXVIII, 52, 10: cum L. Scipio excusasset morbum esse causae fratri; XLI, 15, 9: sacrificiis se impediri sollemnibus excusabat.

exprobro: II, 29, 6: exprobrantibus consulibus nihilo plus sanitatis in curia quam in foro esse; X, 24, 6: nimirum adversarium se, non socium imperii legisse sensim exprobrat et invidisse Decium concordibus collegiis tribus; XXXIII, 35, 11: exprobrarunt non modo vinci sine Aetolis Philippum, sed ne transire quidem in Graeciam Romanos potuisse; XXXV, 48, 12: exprobrans non victoriam modo de Philippo virtute Aetolorum partam sed etiam salutem ipsumque et exercitum sua opera servatos.

fateor: inf. praes. gen. act. legitur VI, 34, 9; IX, 4, 10; XXII, 40, 1; XXIII, 20, 6; XXVI, 12, 17; XXX, 31, 7; XXX, 35, 11.

inf. perf. act. exstat VI, 25, 1; XXX, 13, 10; XXX, 31, 5; XXXIII, 22, 5; XXXIV, 31, 19; XXXIX, 28, 11; XL, 3, 1; XLII, 41, 6; XLIV, 34, 6.

inf. praes. gen. pass. usurpatur XXIII, 48, 6; XXXIV, 6, 4.

inf. perf. pass. tredecim locis invenitur.

inf. gerund. legitur IX, 14, 16; XXXIV, 49, 1.

fero: absolute et praegnanter usurpatur persona tertia num. plus. temp. praes. vel. imperf.

inf. perf. verbi act. vel dep. quadraginta fere locis.

inf. perf. gen. pass. exstat locis undecim.

aperte fero: XXVIII, 40, 2; cum .... acturum se id per populum aperte ferret.

haud dubie fero: XXII, 14, 15: haud dubie ferebant Minucium Fabio ducem praelaturos.

palam fero: XXII, 29, 6: palam ferente Hannibale ab se Minucium, se ab Fabio victum; XXIV, 32, 1: haud vani quidam homines palam ferre perbene detectam in Leontinis esse avaritiam et crudelitatem Romanorum.

fama fero: XXVIII, 40, 1: cum Africam .... P. Scipioni destinari homines fama ferrent.

sermonibus fero: XXXIII, 32, 3: alii alia .... sermonibus etiam ferebant Romanos facturos.

fama fert: I, 45, 2: id communiter a civitatibus Asiae factum fama ferebat; II, 7, 6: regnum eum affectare fama ferebat.

fabulae ferunt: XXIX, 17, 12: pestis ac belua immanis, quales fretum quondam .... ad perniciem navigantium circumsedisse fabulae ferunt.

fingo: VI, 17, 3: fingerent mentitum atque ideo non habuisse, quod tum responderet; XLII, 2, 1: cum alli abesse eum, alii aegrum esse, falso utrumque, fingerent.

iacio: VI, 14, 11: omisso discrimine, vera an vana iaceret, thensauros Gallici auri occultari a patribus iecit.

Alterum non credo huius modi locutionis exstare exemplum.

iacto: IV, 31, 6: iactando tres duces Romanos ab se uno proelio fusos; V, 48, 7: iactantibus non obscure Gallis haud magna mercede se adduci posse; VI, 28, 5: fatalem se urbi Romanae locum cepisse inter se iactabant; IX, 41, 9: ad oppugnandam inde Romam ituros .... iactarent; XXIII, 45, 9: Romam vos expugnaturos .... fortes lingua iactabatis; XXXVIII, 47, 5: quem non bellum iniustum gessisse, sed hostem omnino non vidisse inimici iactabant.

increpo: III, 3, 5: victos timeri increpans hostes; IV, 50, 3: increpante, qui vulneraverat, habere quaestorem, quod imperator esset militibus minatus; XXII, 12, 4: increpans quidem victos tandem Martios animos Romanis debellatumque et concessum propalam de virtute ac gloria esse.

incuso: XXVI, 12, 11: non Capuam solam traditam in manum hostibus, sed se quoque et praesidium in omnis cruciatus proditos incusabant; XXXI, 6, 4: incusaverat bella ex bellis seri.

indico: inf. praes. gen. act. VIII, 24, 12; X, 2, 12; XXVI, 12, 16; XXIX, 2, 11; XLIII, 6, 11; XLV, 13, 17.

inf. perf. act. XXVI, 12, 16; XXVI, 27, 7.

inf. fut. act. XXVI, 27, 7; XLII, 24, 2.

inf. perf. gen. pass. VI, 27, 6.

infio: III, 71, 6: ibi infit annum se tertium et octogesimum agere et in eo agro .... militasse.

infitias eo: IX, 9, 4: neque ego infitias eo .... tam sponsiones quam foedera sancta esse; X, 10, 8: infitias eunt mercedem se belli Romanis inferendi pactos; XXXI, 31, 9: neque infitias imus Siciliam provinciam nostram esse et civitates .... stipendiarias nobis ac vectigales esse.

infitior: XXIX, 37, 14: quod .... neque infitiari possent aut iudicio semel aut comitiis bis ab se peccatum esse; XXXIV, 59, 1: cum .... nec infitiari posset honestiorem causam libertatis quam servitutis praetexi titulo; XXXIX, 12, 7: cum iniatiatam se non infitiaretur; XLIII, 7, 2: cum interrogati non infitiarentur apud Persea maiorem numerum sagittariorum quam apud Romanos militare; XLIV, 5, 8: adeo ut ne dux quidem et auctor itineris infitiaretur parva manu deleri omnem exercitum potuisse.

Infinitivus nudus videtur usurpari XXXVI, 35, 8: legatos ad regem ne ipsi quidem misisse infitiabantur.

insimulo: III, 40, 11: quod Valerius Horatiusque ante idus Maias decemviros abisse magistratu insimulent; IV, 55, 7: quos mercedem seditiosi tribunatus petere consulatum insimulabant; XL, 12, 19: ad sceleris spem ultimam confugisse me insimulat.

interpretor: I, 44, 4: pomerium .... postmoerium interpretantur esse; III, 36, 4: nec attinuisse demi securem .... interpretabantur; III, 38, 10; III, 55, 11; VI, 16, 7; VIII, 22, 3; XXXIV, 54, 5; XXXVII, 58, 7; XXXVIII, 32, 10.

iuro: inf. fut. act. legitur I, 59, 1; II, 45, 13; III, 20, 3; VII, 5, 5; IX, 46, 2; XXII, 58, 7; XXXI, 17, 9; XXXVIII, 57, 4; XLIII, 16, 15.

Pro. inf. fut. videtur usurpari inf. praes. XXXVIII, 57, 4: iurasse sibi inimicitias cum Scipionibus .... manere, nec se gratiae quaerendae causa quicquam facere, sed .... se fratrem eius duci non passurum.

inf. praes. gen. act. exstat praeterea XLII, 32, 2; inf. praes. pass. XLI, 15, 10.

loquor: X, 20, 4: itaque iam propalam duces loqui extemplo eundum in Samnium esse.

Cuius locutionis alterum non inveni exemplum.

memoro: inf. praes. act. legitur VI, 9, 3; IX, 14,, 10; XXV, 30, 1; XXXVII, 9, 9.

inf. perf. act. vel verbi dep. septies invenitur.

inf. perf. gen. pass. novem locis exstat.

mentior: XXIV, 5, 12: Thrasonem esse auctorem consilii mentitus. Cfr. verbum "ementior".

minitor: XXVI, 5, 15: iacturum in medios eos (signum) minitans; XLI, 10, 8: vinctos se Iunium Manliumque minitans Romam missurum.

minor: II, 43, 2: Romam ipsam se oppugnaturos minabantur; III, 53, 5; IV, 2, 13; V, 9, 4; VI, 17, 6; VII, 5, 5; IX, 41, 16; XXIII, 22, 7; XXVI, 13, 1; XXVIII, 19, 16; XLII, 63, 7.

mitto: XXIV, 19, 3: itaque Nolam ad collegam mittit, altero exercitu .... opus esse; XXXIV, 29, 9: miserat ad legatum Romanum traditurum se urbem; XXXVI, 8, 6: ad M. Baebium propraetorem misit, Antiochum in Thessaliam impetum fecisse.

Cfr. locutones, quae sunt "oratores mitto", "litteras et nuntios mitto", apud nostrum acc. cum. inf. coni. regentes.

moneo: XXIV, 24, 2: fessus tandem uxoris vocibus monentis nunc illud esse tempus occupandi res; XXVI, 43, 1: cum monuisset praefectos navium .... omnia ubique primo obsessum hostem conari.

monstro: VIII, 39, 6: quod manu, quod voce poterat, monstrabat vexilla se suorum parmasque cernere equitum.

narro: X, 20, 3: Caleni narrant tantum iam praedae hostis trahere; XXXV, 49, 5: dum hi ab se victum Philippum, sua virtute protectos Romanos et, quae modo audiebatis, narrant, vos ceterasque civitates et gentes suam sectam esse secuturos.

nego: inf. praes. gen. act. exstat quinquaginta fere locis.

inf. perf. act. quattuordecim locis legitur.

inf. fut. act. triginta fere locis usurpatur.

inf. praes. gen. pass. duodecim locis exstat.

inf. perf. pass. septies legitur.

inf. gerund. invenitur quattuordecim locis.

nuncupo: I, 10, 7: nec irritam conditoris templi vocem esse, qua laturos eo spolia posteros nuncupavit.

Cuius verbi acc. cum. inf. coni. regentis alterum apud nostrum non inveni exemplum.

nuntio: inf. praes. gen. act. legitur quadraginta fere locis.

inf. perf. act. triginta fere locis exstat.

inf. fut. act. septies invenitur.

inf. coniug. periphr. usurpatur XXX, 15, 5.

inf. praes. gen. pass. viginti fere locis legitur.

inf. perf. pass. triginta fere locis exstat.

obicio: XXXIV, 23, 9: qui .... obicere semper soliti sint numquam .... liberam Graeciam fore; XXXIX, 42, 8: inter cetera obiecit ei Philippum Poenum ab Roma in Galliam .... perductum; XLV, 23, 5: quamquam Perseus vere obiceret .... nos principio belli misisse ad vos legatos.

obiecto: X, 15, 12: nobilitas obiectare Fabio fugisse eum Ap. Claudium collegam.

ominor: XXIX, 35, 1: naves .... rediere, velut ominatae ad praedam alteram repetendam sese venisse; XXX, 32, 9: ominatur .... ea illis exeuntibus in

aciem portendisse deos; XLI, 18, 10: ominatum ferunt se eo die Letum capturum esse; XLII, 30, 8: preces suas acceptas ab diis immortalibus ominati; XLIV, 22, 17: prope certa spe ominatos esse homines finem esse Macedonico bello maturumque reditum cum egregio triumpho consulis fore.

ostendo: inf. praes. act. undecim locis invenitur.

inf. perf. act. vel verbi dep. bis legitur.

inf. fut. act. quinquies usurpatur.

inf. perf. gen. act. exstat duobus locis.

ostento: XXI, 35, 8: militibus Italiam ostentat subiectosque Alpinis montibus Circumpadanos campos, moeniaque eos tum transcendere; XXVI, 24, 2: ubi cum Syracusas Capuamque captam in fidem in Italia Siciliaque rerum secundarum ostentasset.

paciscor: XXXIV, 23, 7: Aetolos .... pactos in foedere suas urbes agrosque fore devicto Philippo.

perfero: III, 26, 4: Romam pertulere consulem exercitumque obsideri; XXXIII, 2, 3; dum regem auferunt perferuntque parte membrorum captum; XLII, 16, 7: adeo secreta eius curatio fuit ....ut fama mortuum in Atiam perferret.

persono: III, 10, 10: tribuni .... personare fabulam compositam Volsci belli, Hernicos ad partes paratos.

Locus a Georgesio laudatus. Hic autem acc. cum inf. coni. e nomine "fabula" pendere videtur.

persuadeo: III, 66, 3: persuaserant iis duces .... biennio ante dilectum indictum haberi non potuisse; XXIII, 29, 7: Romanis .... facile persuaserant duces pro Italia atque urbe Romana eos pugnare; XLII, 42, 5: qui .... persuadere vobis conaretur non posse Graeciam in libertate esse et vestro munere frui.

polliceor: inf. fut. act. locis triginta quinque legitur.

inf. praes. act. exstat XLIII, 6, 4: praestare se paratos esse polliciti sunt.

Una cum inf. fut. usurpatur inf. praes. XLIV, 7, 5: sine praesidio relinquere se eis urbem immunesque ac suis legibus victuros est pollicitus.

Inf. nudus: XXIV, 45, 3.

portendo: I, 36, 4: quod aves tuae fieri posse portendunt; I, 41, 3: qui clarum hoc fore caput divino quondam circumfuso igni portenderunt; I, 55, 6: quae visa species haud per ambages arcem eam imperii caputque rerum fore portendebat.

Post librum primum nusquam acc. inf. coni. regit hoc verbum.

prae se ferre: II, 13, 8: deinde..... prae se ferre, quem ad modum .... pro rupto foedus se habiturum, sic deditam intactam inviolatamque ad suos remissurum; VII, 5, 7: prae se deinde tulit ea vi subactum se incepto destitisse; XXVIII, 18, 7: mirabiliorem sibi eum virum congressum coram visum prae se ferebat .... nec dubitare quin Syphax regnumque eius iam in Romanorum essent potestate; XXVIII, 42, 16: quippe qui prae te feras eam tibi causam traiciendi in Africam esse; XXVIII, 45, 4; XXXIX, 28, 7; XXXIX, 35, 1; XLII, 10, 10; XLV, 22, 5.

praedico: IV, 53, 10: praedicans participem praedae fore exercitum; XXIV, 23, 7: ab Hannibale se missos praedicant ...., paruisse imperio eius; XXXVIII, 42, 9: indignum esse praedicans consules ambos in valles Ligurum includi, M. Fulvium et Cn. Manlium biennium iam .... regnare; XL, 35, 14: ego

iam hinc praedico .... me exercitu eo, qui nunc est, rem publicam administraturum.

praedico: III, 4, 3: praedicunt Romanis Ecetranum ad Aequos descisse; XXVII, 16, 15: haruspex cavendum a fraude hostili et ab insidiis praedixit; XXXVI, 35, 4: quae praedixi eventura.

praefor: XXI, 1, 1: licet mihi praefari .... bellum maxime omnium memorabile .... me scripturum; XLIII, 7, 7: cum sibi nihil vivi reliquum praeterquam linguam .... praefatus esset.

praemoneo: XXV, 16, 4: cum haruspices ad imperatorem id pertinere prodigium praemonuissent; XXXVI, 34, 3: quae tum maxime accidebant, casura praemonens.

probo: IX, 11, 8: non probat populus Romanus ignominiosa pace legiones servatas; XXVIII, 8, 6: quod suorum fuisse finium satis probabant; XXXIV, 62, 13: neque eum .... probare eos posse, non modo semper, ex quo coeperint, sed ne diu quidem possedisse; XXXIX, 3, 5: quem .... apud se censum esse probassent socii.

proclamo: I, 26, 9: patre proclamante se filiam iure caesam iudicare.

Alterum huius verbi acc. cum inf. regentis non inveni exemplum.

prodo: XXVII, 26, 13: immolasse eo die quidam prodidere memoriae consulem Marcellum, et .... iocur sine capite inventum; XXXVIII, 55, 2: ut .... pilleatum .... in funere quoque ante lectum isse memoriae prodiderint.

profiteor: inf. fut. gen. act. legitur locis duodeviginti.

Pro inf. fut. videtur usurpari inf. praes. VII, 22, 7; XXVI, 18, 7; XXVIII, 32, 3.

Una cum inf. fut. exstat inf. perf. XLIV, 14, 6.

proicio: XXXV, 31, 12: proiecit tum quoque specie liberam Demetriadem esse, re vera omnia ad nutum Romanorum fieri.

proloquor: IV, 2, 13: audeat Canuleius in senatu proloqui se .... dilectum haberi prohibiturum.

promitto: V, 7, 5: equis se suis stipendia facturos promittunt; IX, 24, 3: deductus traditurum urbem promittit; XXIV, 45, 1; XXVI, 17, 5; XXVI, 31, 5; XXX, 15, 2; XXXVII, 28, 9.

pronuntio: inf. praes. gen. act. exstat locis septendecim.

inf. perf. act. tribus locis legitur.

inf. fut. act. undecim locis invenitur.

inf. raes. gen. pass. bis usurpatur.

inf. perf. pass. duobus locis exstat.

Cfr. tempora infinitivi post verbum "denuntio".

propono: IV, 14, 3: cum .... Servilius causam dicendam esse proponeret. Alterum huius locutionis non exstat exemplum nisi passive: III, 7, 5.

purgo: XXIV, 47, 6: Arpinis purgantibus ignaros omnium se venum a principibus datos; XXVIII, 37, 2: purgantibus iis multitudinis concursu factum; XLI, 19, 5: qui purgarent nec accitos ab eo Bastarnas nec auctore eo quicquam facere; XLII, 14, 3: ut purganti se nihil hostile dixisse aut fecisse fides habeatur.

recipio: VII, 14, 1: facturum quod milites vellent se recepit; XXXIX, 47, 7: alia recipienti futura ita ut maxime vellet senatus.

Priore quidem loco supra laudato ex incerta coniectura Weissenbornii vulgo legitur "in se recepit", id quod mea quidem sententia non desideratur, cum apud Livium verbum "recipere" vel active vel passive usurpatum acc. cum.

inf. coni. regat. Cfr. "recipio" verbum passive usurpatum XXXIII, 13, 15: obsides pecuniamque reddi Philippo receptum est.

refero: inf. praes. gen. act. exstat tredecim locis.
inf. perf. act. decies usurpatur.
inf. praes. gen. pass. nusquam invenitur.
inf. perf. pass. quattuordecim locis legitur.
inf. gerund. exstat XXII, 9, 9.

renuntio: inf. praes. gen. act. legitur octo locis.
inf. perf. act. sexies usurpatur.
inf. fut. act. septem locis exstat.
inf. praes. gen. pass. bis invenitur.
inf. perf. pass. sex locis legitur.
inf. gerund. exstat XXXVI, 37, 4; XLII, 20, 3.

rescribo: XL, 16, 6: senatus rescribere .... praetorem Marcello iussit verius fuisse consules .... decernere.

respondeo: inf. praes. gen. act. legitur locis tribus et viginti.
inf. perf. act. quattuordecim locis exstat.
inf. fut. act. locis triginta uno invenitur.
inf. coniug. periphr. usurpatur XXXVI, 13, 8.
inf. praes. gen. pass. quattuor locis legitur.
inf. perf. pass. sexies invenitur.
inf. gerund. exstat IV, 10, 2; XXVII, 37, 8.

sancio: XXV, 8, 8: congressi cum Hannibale rursus fide sanxerunt liberos Tarentinos leges suas suaque omnia habituros neque ullum vectigal Poeno pensuros praesidiumve invitos recepturos.

satisfacio: XXXIII, 49, 3: si satisfacere Carthaginienses populo Romano vellent nihil eorum sua voluntate nec publico consilio factum esse.

scribo: inf. praes. gen. act. quattuor locis exstat.
inf. perf. act. invenitur locis viginti.
inf. fut. act. bis usurpatur.
inf. praes. gen. pass. legitur XXVII, 21, 6.
inf. perf. pass. exstat locis viginti uno.
inf. gerund. legitur XXXV, 6, 9.
De auctoribus active usurpatur hoc verbum locis triginta sex, de magistratibus undecies.

significo: I, 19, 2: apertus ut in armis esse civitatem, clausus pacatos circa omnes populos significaret; I, 21, 4: significantes fidem tutandam sedemque eius etiam in dexteris sacratam esse; inf. praes. act. praeterea III, 28, 6; V, 37, 5; XXI. 27, 7; XXXII, 12, 1.
inf. perf. act. XXI, 27, 7; XXXII, 12, 1.
inf. fut. act. XL, 46, 14.
inf. praes. gen. pass. XXXVIII, 22, 8.

simulo: inf. praes. gen. act. undecim locis legitur.
inf. fut act. exstat I, 41, 6.
inf. praes. gen. pass. usurpatur quattuor locis.
inf. perf. pass. tribus locis invenitur.

spondeo: inf. fut. gen. act. legitur locis sex.
inf. fut. gen. pass. exstat III, 59, 3; IX, 10, 9.
Pro inf. fut. pass. usurpatur inf. praes. pass. XXIX, 30, 12.

subicio: XXIX, 15, 2: subiecerunt colonias Latinas duodecim....annum iam ferme sextum vacationem militiae.... habere.

Cfr. verbum idem passive usurpatum XXIX, 15, 1.

subtexo: XXXVII, 48, 6: subtexit deinde fabulae huic legatos Aetolos in senatu inter cetera hoc quoque interrogatos esse.

succlamo: III, 50, 10; succlamabat multitudo nec illius dolori nec suae libertati se defuturos; XXVI, 3, 6: ut capite anquirendum contio succlamaret; XXVI, 22, 8: cum centuria frequens succlamasset nihil se mutare sententiae eosdemque consules dicturos esse;

Quaestio obliqua exstat XXX, 42, 20.

testifico: XXXIII, 12, 12: testificanti, si elapsus eo tempore Philippus foret, mox gravius eum rebellaturum.

testor: inf. praes. gen. act. tribus locis invenitur.

inf. perf. act. legitur tribus locis.

inf. fut. act. usurpatur locis tribus.

inf. praes. gen. pass. tribus exstat locis.

trado: inf. praes. gen. act. legitur I, 16, 7: ita posteris tradant nullas opes humanas armis Romanis resistere posse.

inf. perf. act. locis plus triginta invenitur.

inf. perf. gen. pass. triginta fere locis usurpatur.

vaticinor: II, 41, 5: saepe deinde et Verginium consulem in contionibus velut vaticinantem audiebat, pestilens collegae munus esse, agros illos servitutem iis, qui acceperint, laturos, regno viam fieri; XXXVIII, 18, 9: vaticinantes fanatico carmine deam Romanis viam belli et victoriam dare imperiumque eius regionis.

vinco: XXVII, 11, 11: quem tum principem Romane civitatis esse vel Hannibale iudice victurus esset.

vociferor: inf. praes. gen. act. legitur IV, 53, 6; VI, 19, 2; X, 35, 13; XXIV, 9, 1.

inf. perf. act. V, 11, 2; XXII, 41, 3.

inf. fut. act. II, 65, 3; XL, 36, 4.

inf. praes. gen. pass. exstat III, 71, 4.

inf. perf. pass. III, 70, 5; IV, 40, 5; XXII, 41, 3.

inf. gerund. usurpatur XXIV, 21, 2.

voveo: V, 19, 6: ludos magnos ex senatus consulto vovit Veis captis se facturum aedemque Matutae matris refectam dedicaturum; X, 42, 7: voverat Iovi Victori.... pocillum mulsi, priusquam temetum biberet, sese facturum; XXXI, 9, 10: ludos donaque facturum vovit; XLII, 28, 9: vovit consul ludos fieri donaque dari.

vulgo: IX, 20, 10: postquam res Capuae stabilitas Romana disciplina fama per socios vulgavit; XXIX, 26, 6: quod ad Hannibalem detrahendum ex Italia transferendumque et finiendum in Africa bellum se transire vulgaverat.

III. Verba voluntatis.

Desunt apud Draegerum verba "pervolo", "scisco".

Adde etiam locis ab eodem laudatis exempla aliquot Liviana, quae infra afferuntur verborum "constituo", "exposco", "opto".

censeo: verbi "censeo" ad voluntatem significandam usurpationis absolutae apud Livium haec exstant exempla:

inf. praes. gen. act. VIII, 7, 19: ne te quidem .... recusare censeam, quin disciplinam militarem .... restituas; XXI, 20, 4: adeo stolida impudensque postulatio visa est censere, ne in Italiam transmittant Galli bellum, ipsos id avertere in se agrosque suos pro alienis populandos obicere; XXVIII, 40, 4: quam nec senatus censuit in hunc annum provinciam esse nec populus iussit; XXX, 38, 7: quod patres de pace P. Scipionis potius arbitrium esse .... quam consulis censuerant; XLV, 12, 13: eundem ius dicere Romae .... inter cives et peregrinos patres censuerant; XLV, 16, 1: censuere patres .... Macedoniam Illyricumque eosdem obtinere;

inf. praes. gen. pass. exstat II, 5, 1: quae reddi ante censuerant; XXIV, 22, 5: eundem se censere multo acrius ab Adranodoro quam ab Hieronymo repeti libertatem; XLII, 33, 4: quo veteres centuriones quam plurimum ad id bellum scribi censuisset; XLIII, 5, 8: munera mitti legatis .... censuerunt; XLV, 16, 1: censuere patres duas provincas Hispaniam rursus fieri; XLV, 44, 15: munera dari censuerunt.

cogo: acc. cum inf. coni. e verbo "cogo" his locis pendet: VI, 14, 1: maior domi exorta moles coegit acciri Romam eum; VII, 11, 4: tumultus dictatorem creari coegit; VII, 21, 9: terror .... dictatorem dici coegit; XXI, 8, 12: quod .... arma omitti cogebat; XXI, 31, 8: vestis .... quam infames frigoribus Alpes praeparari cogebant; XXIII, 35, 8: quae fortuna coegisset ita fieri; XXXI, 11, 10: quod .... coegisset classes exercitusque in Graeciam mitti.

constituo: XXII, 22, 17: cum se nocte iturum, ut custodias hostium falleret, constituisset.

Alterum huius modi locutionis apud nostrum non credo inveniri exemplum.

cupio: I, 45, 7: qui omnia .... cuperet rite facta; XXI, 26, 7: traici exercitum levarique quam primum regionem suam tanta hominum urgente turba cupiebant; XXIV, 23, 9: abire enim duces regios .... cupiebant; XXXII, 32, 6: non quin cuperet Quinctius per se partim armis, partim condicionibus confectum videri bellum; XXXIX, 9, 3: aut tolli pupillum aut obnoxium sibi vinculo aliquo fieri cupiebat.

decerno: ad voluntatem significandam absolute usurpatum inf. praes. gen. act. vel pass. regit hoc verbum XXIII, 38, 7: ad naves viginti quinque .... parari alias decerunt; XXXVI, 3, 5: senatus .... decrevit vacationem rei navalis eis colonis non esse. Non adhibita notione voluntatis infinitivos variorum temp. adsciscit:

inf. praes. gen. act. XXV, 7 ,3; XXXI, 9, 8; XXXIV, 56, 11; XXXVI, 3, 9.

inf. fut. act. XXI, 8, 3;

inf. perf. gen. pass. XLV, 12, 10.

inf. gerund. I, 18, 5; V, 1, 6; V, 15, 12; XXIII, 24, 1; XXXVIII, 31, 5.

destino: *V, 24, 8: ceterum partem plebis, partem senatus ad habitandos Veios, duasque urbes communis rei publicae incoli a populo Romano posse; XXIV, 2, 1: quas urbes direpturos se destinaverant; XXIX, 20, 2: quem .... spe destinaverit Hannibalem ex Italia detracturum, Africam subacturum;

edico: inf. praes. act. nusquam invenitur nisi XXVII, 24, 3: aut ipsos extemplo dare aut se postero die senatorum omnes liberos sumpturum edixit.

inf. fut. act. exstat IV, 18, 2; IV, 49, 2; IV, 60, 5; XXI, 11, 4; XXIII, 13, 3; XXVI, 26, 1; XXVI, 27, 6; XXVI, 47, 2; XXVII, 24, 3; XLIII, 14, 5.

ut: II, 45, 8; XLIII, 14, 7; XLV, 2, 6; subiunctivus nudus XXI, 21, 6.

expeto: XL, 10, 5: perisse (me) expetunt, quia tuis iniuriis doleo.

Alterum huius modi locutionis apud nostrum non exstat exemplum.

exposco: I, 32, 7: si ego iniuste impieque illos homines illasque res dedier mihi exposco.

Quae verba in formula antiqua a Livio citata exstant.

iubeo: locis plus trecentis quinquaginta acc. cum. inf. coni. regit hoc verbum. Cfr. acc. et inf. explet. Una usurpantur ambae constructiones VI, 3, 5; VII, 19, 7; X, 5, 1; XXII, 54, 5; XXIII, 10, 5; XXIII, 16, 12; XXV, 41, 1; XXIX, 22, 1; XXXIII, 29, 7; XXXIV, 15, 3; XLII, 59, 11.

malo: inf. praes. gen. act. septendecim locis invenitur.

inf. perf. act. legitur XXXV, 39, 5; X, 18, 14.

inf. praes. gen. pass. decem locis usurpatur.

inf. perf. pass. exstat X, 18, 14; XXIV, 16, 9; XL, 46, 2; XLII, 40, 3; XYIV, 10, 1.

Exstat accusativus pronominis reflexivi oppositionis causa XXVIII, 42, 9; XXXV, 16, 7.

Non subest notio oppositionis personarum: XXII, 50, 7; XXIX, 25, 3; XXXIV, 7, 13.

Una inveniuntur infinitivus nudus et acc. cum. inf. coni. IX, 15, 5; XXII, 50, 6; XXXV, 4, 2; XLIV, 22, 10.

nolo: inf. praes. gen. act. legitur septem locis.

inf. praes. gen. pass. novies usurpatur.

inf. perf. pass. exstat IV, 24, 8; XXV, 3, 12.

opto: non adhibito inf. copulae "esse" acc. cum. inf. coni. exstare videtur XXI, 42, 2: se quisque eum optabat, quem fortuna in id certamen legeret.

ut: XXIX, 23, 8;

inf. nudus, IX, 14, 15.

patior: locis plus septuaginta post hoc verbum acc. cum inf. coni invenitur. Cfr. etiam acc. et inf. explet.

pervolo: VIII, 18, 2: illud pervelim .... proditum falso esse, venenis absumptos.

Alterum non exstat exemplum.

postulo: inf. praes. gen. act. exstat XXXII, 21, 26.

inf. praes. gen. pass. legitur XXI, 30, 3; XXVI, 22, 5; XXXII, 33, 6; XXXII, 34, 9; XXXVI, 6, 4.

prohibeo: acc. cum inf. regit hoc verbum locis quindecim. Cfr. acc. et inf. explet.

scisco: XXV, 4, 9: plebes ita scivit .... videri eum in exsilio esse bonaque eius venire, ipsi aqua et igni placere interdici: XXVI, 3, 12: id ei iustum exsilium esse scivit plebs.

sino: locis plus quadraginta acc. cum inf. coni. regit hoc verbum. Cfr. etiam acc. et inf. explet. Nudus exstat subi. VIII, 38, 13; XXII, 39, 20.

veto: acc. cum. inf. coni. post hoc verbum usurpatur locis undecim. Cfr. acc. et inf. explet.

Inf. nudus legitur I, 53, 10; XLII, 62, 13; XLV, 29, 12.

volo: inf. praes. gen. act. usurpatur locis plus septuaginta.

inf. perf. act. exstat XXX, 14, 6.

inf. praes. gen. pass. plus septuaginta locis legitur.

inf. perf. pass. locis plus viginti quinque invenitur. Sive re vera exstet infinitivus ubi non adhibeatur copula "esse," sive participium adscisci melius intellegatur, non est dubium quin verus usurpatus sit infinitivus, si adhibitam invenimus copulam. Quae autem his locis exstat: XXVIII, 42, 15; XL, 46, 3.

Additur accusativus pronominis reflexivi, etsi non subest notio oppositionis personarum, his locis: III, 68, 11: malae rei se quam nullius duces esse volunt; XXII, 27, 11: castris quoque se separari magister equitum voluit; XXXVII, 58, 6: Asiaticum se appellari voluit.

Pro verbo "malo" exstat verbum "volo" III, 68, 11, quod vide supra citatum.

Eodem sensu quo "contendo" usurpatur VI, 40, 13: quod illi volunt individiosius esse.

Acc. cum inf. coni. pendet ex adiectivis pro participiis usurpatis.

Desunt apud Draegerum adiectiva haec: conscius, fretus, indignabundus.

conscius: I, 49, 2: conscius deinde male quarendi regni ab. se ipso adversus se exemplum capi posse; XLII, 42, 8: conscius mihi sum nihil me scientem deliquisse.

dubius: de persona usurpatum acc. cum inf. coni. apud nostrum regit hoc adiectivum V, 38, 4; VI, 14, 1; XXV, 21, 2; XXV, 25, 4; XXXI, 24, 2; XXXVI, 16, 4; XXXIX, 34, 5; XLII, 53, 8.

fretus: X, 5, 5: ceterum satis fretus esse etiam nunc tolerando certamini legatum nec se procul abesse periculi vindicem.

gnarus: XXIII, 28, 6: satis gnarus Hannibalem transitus quosdam pretio mercatum nec auxilia Gallica aliter quam conducta habuisse; XXXIII, 5, 4; ceterum satis gnarus iam in Thessalia regem esse.

ignarus: V, 21, 5: ignari se iam a suis vatibus, iam ab externis oraculis proditos; VI, 25, 2: ne patres ignari sint Tusculanos ab societate descisse; VIII, 36, 2; VIII, 38, 9; IX, 8, 3; XXI, 22, 1; XXXIII, 10, 5; XLIV, 46, 3.

indignabundus: XXXVIII, 57, 7: muliebriter indignabunda nihil de communi filia secum consultatum.

memor: I, 23, 9: memor esto ... has duas acies spectaculo fore; I, 30, 6: haud parum memores et suarum virium partem Romae ab Tatio locatam et Romanam rem nuper .... auctam; IV, 32, 5: V, 16, 10; XXVI, 9, 5; XXIX, 11, 2.

nescius: XXVII, 7, 5: haud nescius quosdam esse qui anno insequenti captam tradiderint; XLIII, 13, 1: non sum necius .... neque nuntiari admodum ulla prodigia in publicum neque in annales referri.

Epexegetice exstat acc. cum inf. coni. vel appositionis fungitur officio.

A. Nomen substantivum.

a. Nomen abstractum.

1. pro verbo transitivo activo usurpatur nomen cum verbo quodam copulativo.

argumentum: III, 55, 9: aedilem prendi ducique a maioribus magistratibus .... tamen argumentum esse non haberi pro sacrosancto aedilem; XXXIII, 20, 8: Romanorum amicitiam se non violaturum argumento et suam recentem ad eos legationem esse et senatus in se honorifica decreta responsaque; XXV, 9, 7: ut .... pro argumento fuerit illa procursatio Numidarum Hannibalem exercitumque e castris non movisse; XXVI, 31, 6: ipsa humilitas eorum .... maximo argumento est me neminem .... aversatum esse.

absolute XLV, 42, 7.

crimen: I, 5, 4: crimini maxime dabant in Numitoris agros ab iis impetus fieri.

documentum: XXV, 38, 9: documentum dedistis hostibus non cum Scipionibus exstinctum esse nomen Romanum.

absolute XXVIII, 16, 12.

exspectatio: XXXVI, 29, 3: implevit exspectatione vana multitudinem ingens parari bellum.

fama: IX, 38, 4: tam laetam famam in Samnium ad hostes tulerat interclusum Romanum exercitum obsideri.

fides: VI, 13, 7: manifesta fides publica ope Volscos hostes adiutos; XXI, 13, 3: vestra autem causa me nec ullius alterius loqui vel ea fides sit.

fidem facio: XXV, 8, 6; ut fidem popularibus facerent praedandi causa se urbe egressos; XXV, 38, 2; *XXVI, 19, 6; XXXIII, 28, 8; XXXIII, 21, 9; XXXVIII, 58, 7.

fidem do: I, 58, 7: date dexteras fidemque haud impune adultero fore; XII, 6, 11: fidem dante Maharbale ...., si arma tradidissent, abire .... passurum; XXIII, 9, 9; XXV, 23, 4; XXXIX, 10, 9; XL, 46 ,15: dexteras fidemque dedere remittere vere ac finire odium. Hoc loco nudum exstare infinitivum intellexi, sicut XXIV, 45, 3: novam referre proditionem polliceatur.

fidem accipio: XXVII, 16, 12: fidem ab consule accepturos impunita iis priora fore.

fiducia: XXXVI, 7, 11: quae igitur res mihi fiduciam praebet coniungi nobis Philippum posse?

indicium: III, 6, 5: infrequens senatus indicio erat sociis afflictam civitatem pestilentia esse; XXXIX, 54, 6: quod indicium esset nec agro nec urbi ulli vim allaturos venisse.

iusiurandum: saepius usurpatur hoc nomen in locutione "iureiurando adigere." II, 1, 9: populum .... iureiurando adegit neminem Romae passuros regnare; X, 38, 9; XXI, 1, 4; XXIV, 16, 13; XXVI, 27, 15; XXVII, 38, 5; XXXI, 17, 9; XXXV, 19, 3; XL, 41, 8.

iusiurandum dare: VIII, 32, 18: se iusiurandum dare paratos esse non videri e re publica in Q. Fabium eo tempore animadverti; XL, 29, 12; XLI, 9, 11.

minae: IV, 38, 8: addidit minas .... sacramento omnes iuniores adacturum exercitumque extemplo ex urbe educturum.

monumentum: I, 12, 6: quod monumentum sit posteris tua praesenti ope servatam urbem esse; II, 33, 9: nisi foedus .... insculptum monumento esset ab Sp. Cassio uno .... ictum; IV, 7, 1: idque monumenti est consules eos illo anno fuisse.

prodigium: XLIV, 37, 7: ita ne obscurari quidem (lunam) trahere in prodigium debere.

religio: V, 14, 2: in religionem vertentes comitia biennio habita; V, 23, 6: Iovis Solisque equis aequiperatum dictatorem in religionem etiam trahebant.

rumor: VII, 38, 9: rumorem dissipat in iisdem oppidis et anno post praesidia hibernatura.

species: XXXVI, 7, 20: speciem Romanis traiecturum te praebens; XXXVI, 10, 11: speciem quam quaesierat hosti fecit omnem ibi Romanum exercitum cum rege Philippo esse.

Extra librum XXXVI nullum huius modi locutionis invenitur exemplum.

spes: spem adimo: XL, 26, 2: Marcellus .... spem ademit eum .... exercitum in Ligures posse traduci.

spem affero: XXXVII, 34, 2: quam impetrabilem fore magnam ei spem attulit mora et cunctatio Romanorum.

spem capio: XXV, 11, 9: spem cepit etiam arcem expugnari posse; XL, 23, 2: per cuius provinciam spem ceperat elabi tuto posse; XLIV, 35, 11: spem cepit .... deici praesidia posse.

spem do: I, 4, 4: posse quamvis languida mergi aqua infantes spem ferentibus dabat; XXVI, 45, 5: quod spem .... dedit scalis et corona capi urbem non posse, opera et difficilia esse et tempus datura ad ferendam opem.

spem facio: XLIV, 7, 10: consuli postquam ex alto conspecta classis spem fecit cum commeatu naves venire.

spem habeo: II, 12, 1: sedendo expugnaturum se urbem spem Porsinna habebat.

spem incido: XLIV, 13, 3: spem extemplo inciderunt capi primo impetu posse (locum).

spem praebeo: XXII, 36, 5: quia spem posse vinci hostem dictator praebuerat.

spem nanciscor: XXII, 44, 4: spem nanctus .... facturos copiam pugnandi consules; XXVII, 15, 10; XXXIII, 5, 1; XXXV, 27, 1.

spei impleo: XXXVI, 12, 10: implevit spei socios M. Acilium .... mare traiecisse et in Thessalia castra Romana esse.

in spe sum: XXXV, 12, 2: primo in spe fuerant et Antiochum in vacauam Europae possessionem venturum nec Philippum aut Nabim quieturos; XXXVII, 28, 6: primo in magna spe fuit, quem ad modum Rhodiam classem .... expugnasset, sic et Romanam expugnaturum.

propius spem venio: XXVI, 37, 8: quo propius spem venerant .... debellatum ibi ac pulsos inde Romanos esse.

timor: XXXII, 26, 16: in timore civitas fuit obsides captivosque Poenorum ea moliri.

votum: XLI, 21, 11: populus in foro votum concepit .... biduum ferias ac supplicationem se habiturum.

vox: II, 40, 11: refert .... hanc saepe eum .... usurpasse vocem, multo miserius senis exsilium esse.

2. pro verbo passivo usurpatur nomen cum verbo quodam copulativo coniunctum.

admiratio: XXVI, 12, 3: admiratio orta est non simul regressum Hannibalem.

carmen: XXIX ,10, 4: invento carmine .... eum pelli Italia vincique posse.

clamor: clamor oritur: XXII, 42, 7: clamore orto a militibus .... sine ducibus ituros; XXIV, 25, 7;

clamor tollitur: XXXII, 30, 10: a militibus clamor sublatus compotem voti consulem se facturos; XXXVII, 32, 11.

clamor redditur: XL, 27, 14: consentiens reddebatur militum clamor nullam militum culpam esse.

clamor est: XLIII, 16, cum clamor undique plebis esset periculum Gracchonon esse.

cogitatio: XXV, 24, 14: cum .... subiret cogitatio iam illa momento horae arsura omnia et ad cineres reditura; XXXVI, 20, 3: cogitatio animum subit .... indignum esse in unum Coronensem agrum saevire.

confessio: I, 45, 3: ea erat confessio caput rerum Romam esse; II, 7, 7: confesionem factam populi quam consulis maiestatem vimque maiorem esse; III, 28, 10: ut exprimatur tandem confessio subactam domitamque esse gentem; XXVIII, 8, 5: confesionem se hostium habere nequaquam pares esse sibi; XLII, 47, 8: cui confessio expressa sit se neque arte casu sed .... iusto ac pio esse bello superatum.

decretum: XXXVIII, 31, 2: decretum referente eo factum est .... violatum videri foedus.

fama: fama accidit: XXVII, 29, 7: fama accidit classem Punicam adventare; XXVII, 50, 6; XXVIII, 7, 10; XXXII, 30, 3; XLV, 28, 8.

fama affertur: IV, 56, 4: Volscos deinde et Aequos .... fama affertur summa vi ad bellum coortos; VIII, 15, 4; XXXII, 31, 3: ni fama Insubres victos allata animos fregisset; XXXVIII, 3, 6; XLII, 67, 4.

fama est: locis plus quadraginta exstat haec locutio.

fama exit: III, 20, 6: quod et augures iussos adesse ad Regillum lacum fama exierat locumque inaugurari.

fama exoritur: X, 13, 2: fama exorta Etruscos Samnitesque ingentes conscribere exercitus.

fama fertur: VII, 19, 6: quia Caeritem populum misericordia consanguinitatis Tarquiniensibus adiunctum fama ferebatur.

fama perfertur: V, 28, 12: fama Romam perlata est Postumium exercitumque occisum.

fama praevenit: XXV, 9, 5: Tarentum fama praevenerat Numidas equites paucos populari agros terroremque late agrestibus iniecisse.

fama tenet: I, 4, 6: tenet fama .... lupam .... cursum flexisse; XXIII, 12, 2.

fama traditur: V, 33, 2: eam gentem traditur fama .... Alpes transisse agrosque .... possedisse.

fama vulgatur: XXXIV, 16, 8: fama deinde vulgatur consulem in Turdetaniam exercitum ducturum.

fama constat: XXI, 20, 9: satis constante fama iam Hiberum Poenos transisse.

fama fert: I, 45, 2: id communiter a civitatibus Asiae factum fama ferebat; II, 7, 6.

Cfr. locutio "fama fero" XXVIII, 40, 1: cum Africam.... P. Scipioni destinari homines fama ferrent.

fides: fides abit: III, 10, 11: quia.... Volscos et Aequos movere sua sponte arma posse iam fides abierit.

fides accipitur: XXV, 16, 7: fide ab eo accepta.... liberos.... venturos in amicitiam Lucanos; XXVIII, 17, 9; XXXIV, 19, 5; XXXVIII, 33, 3.

fides agitur: VII, 31, 7: tum iam fides agi visa deditos non prodi.

fides datur: VIII, 18, 4: si ab eo fides data eset haud futurum noxae indicium; XXIX, 23, 8.

fides fit: XXII, 41, 9: ut fides fieret.... tenere in locis consules voluisse; XXX, 28, 5; XXXIII, 41, 5.

fides obligatur: XL, 57, 4: fide sua obligata pacato agmine transituros Bastarnas.

indignatio: II, 37, 9: proficiscentibus deinde indignatio oborta, se ut consceleratos.... abactos esse; XXXV, 31, 13: fremitus variantis multitudinis fuit partim adsensum partim indignationem dicere id ausum eum.

mentio: IV, 8, 4: mentio illata apud senatum est rem operosam ac minime consularem suo proprio magistratu egere; XXX, 21, 6: mentio deinde ab senioribus facta est segnius homines bona quam mala sentire; XXXVIII, 34, 6: mentione illata externos auxiliares dimisos.... urbe excessisse et in agros delapsos.

metus: III, 22, 2: ipsam coloniam ingens metus erat defecturam.

minae: VII, 15, 2: ubi (sint) minae iniussu imperatoris proelium inituros; XXXVII, 43, 3: minae exinde erant in perniciem suam caecos ruere.

murmur: XXVI, 15, 9: murmur ab tribunali totam contionem pervasit differri rem integram ad patres de Campanis; XLV, 1, 2: murmur repente populi tota spectacula pervasit pugnatum in Macedonia et devictum regem esse.

opinio: XXXVIII, 40, 8: opinio erat non sine Philippi Macedonum regis fraude id factum; III, 36, 9: opinio etiam sine auctore exierat non in praesentis modo temporis eos iniuriam conspirasse sed foedus clandestinum inter ipsos iureiurando ictum.

religio: VIII, 3, 4: religio incessit ab eis.... comitia haberi; VIII, 17, 4: religio deinde incessit vitio eos creatos.

Extra librum octavum nullum huius locutionis legitur exemplum.

responsum: responsum datur: XXXI, 39, 2: responso tantum dato mane postero die fore copiam conveniendi; XXXVI, 12, 8; XXXVII, 1, 8; XXXVII, 55, 4.

responsum editur: XXIX, 10, 6: responsum oraculo editum maiorem multo victoriam.... adesse populo Romano.

responsum affertur: VI, 10, 3: cum responsum allatum esset nihil suae potestatis esse.

responsum redditur: II, 15, 2: non quin breviter reddi responsum potuerit non recipi reges; II, 45, 8; XXII, 61, 3.

cum responso: XXVIII, 7, 15: legatis cum benigno responso dimissis se neque causam eius belli fuisse neque moram.... facturum.

rumor: rumor increbescit: XXIV, 11, 7: cum increbesceret rumor bellum in Sicilia esse.

rumor pervadit: V, 18, 10: cum pervasisset castra rumor.... victorem Capenatem ac Faliscum Etruriaeque omnem iuventutem haud procul inde abesse; XXIV, 31, 2; XXXVII, 48, 1.

rumor vulgatur: III, 34, 7: vulgatur deinde rumor duas deesse tabulas.

senatusconsultum: XXXIX, 4, 8: qui per infrequentiam furtim senatusconsultum factum ad aerarium detulerit Ambraciam non videri vi captam.

sermo: XXVII, 34, 8: causam sermonibus praebuit indigno iniuriam a populo factam magnoque id damno fuisse; XXVIII, 26, 9: excepti sermonibus de industria compositis laetum opportunumque adventum eorum imperatori esse; XXXVII, 17, 9: sermo .... secretus oritur, deinde ad aures ipsius Aemilii pervenit abduci classem ab Epheso.

signum: V, 36, 7: Romanum legatum esse signum datum est; XLIV, 28, 8: has naves per altum ferri cum ex specula signum datum Antenori esset.

sollicitudo: II, 41, 2: sed et publica patribus sollicitudo inerat largitione consulem periculosas libertati opes struere.

spes: spes augetur: XXX, 16, 8: spem suam prospero belli eventu auctam esse victoriam se, non pacem domum reportaturum.

spes datur: XL, 20, 2: spes data exsulibus est scripturum senatum Achaeis.

spes est: I, 5, 5: Faustulo spes fuerat regiam stirpem apud se educari; II, 46, 1: prope certa spes erat non magis secum pugnaturos V, 39, 9; VII, 5, 4; VII, 35, 10; IX, 13, 12; XXV, 32, 6; XXXV, 42, 11; XLII, 16, 3; XLIII, 18, 8.

parum spei est: VII, 39, 14.

spes fit: I, 32, 2: et civibus otii cupidis et finitimis civitatibus facta spes in avi mores atque instituta abiturum regem: VI, 15, 5; XL, 31, 1.

spes subit: XL, 8, 9: interdum spes animum subibat deflagrare iras vestras, purgari suspiciones posse.

spes superest: XXVI, 6, 16: cum .... nec spes ulla superesset sisti posse.

spes tenet: VII, 34, 12: Decium primum spes tenuit cum subeuntibus in adversum collem ex superiore loco se pugnaturum.

spes: nullo verbo adhibito e solo nomine pendet acc. cum inf. coni. XXV, 21, 1: nec res magis ulla tenuit quam spes haud dubia suo id arbitrio .... facturos; XXVII, 24, 9: ut in eo spem non moturos quicquam Etruscos poneret; XXIX, 14, 1: in eam spem erecta civitas erat, in Africa eo anno bellatum iri finemque bello Punico adesse; XLI, 10, 2: certa spes satis sibi virium adversus duos exercitus esse.

spe: 2, 3: haud dubia spe profectus famam nominis sui pacaturam Aequos; XXV, 26, 2: Achradinam .... spe ad inopiam omnium rerum inclusos redacturum circumsedit; XXV, 35, 1; XXVI, 39, 10; XXVII, 25, 14.

a spe: I, 9, 9; non tam a spe scalis capi urbem posse.

sine illa spe: XXV, 11, 2: non sine illa etiam spe cum .... Romanis manum posse conseri et .... ita attenuari praesidii vires.

in spem venitur: II, 44, 7: in spem ventum erat discordia intestina dissolvi rem Romanam posse.

suspicio: suspicio avertitur: XL, 21, 1: avertendae suspicionis causa quicquam a se agitari de Romano bello.

suspicio est: XXXII, 38, 8: quos occulere aut retrahere aliquid suspicio fuit.

suspicio subest: XXXII, 30, 9: suberat tamen quaedam suspicio animis labare fidem sociorum.

timor: VII, 39, 4: haud dubius timor incessit animos consilia sua emanasse.

titulus: XXIII, 19, 18: cum titulo lamnae aeneae inscripto M. Anicium pro militibus .... votum solvisse.

sacramentum: XXII, 38, 3: nihil praeter sacramentum fuerat iussu consulum conventuros neque iniussu abituos.

3. Nulla subest notio verbalis, ita ut appositionis vice haud dubie fungatur acc. cum inf. coni.

clades: XXII, 8, 1: repens alia nuntiatur clades, quattuor milia equitum .... ab Hannibale circumventa; XXIII, 24, 6: nova clades nuntiata, ... L. Postumium .... ipsum atque exercitum deletos.

commoditas: IV, 60, 2: cum commoditas iuvaret, rem familiarem saltem acquiescere eo tempore.

cura: XXVII, 40, 2: simul cum illa angeret cura, quos tam propitios urbi atque imperio fore deos.

donum: XXII, 10, 2: tum donum duit populus Romanus Quiritium quod ver attulerit ex suillo ovillo caprino bovillo grege quaeque profana erunt Iovi fieri.

Quo tamen loco melius fortasse intelligamus inf. nudum ad finem significandum adhiberi sicut saepius in antiqua latinitate usu venit.

laus: XXX, 35, 5: illam laudem adeptus, singulari arte aciem eo die instruxisse.

mors: XXXV, 15, 4: eo mors eius suspectior fuit, gravem successorem eum instare senectuti suae patrem credenten .... veneno sustulisse.

Nescio an hoc loco momenti aliquid habuerit adiectivum "suspectior" ad acc. cum inf. coni. adhibendum.

prodigia: XXI, 62, 2; XXVII, 37, 2: XLI, 13, 1; XLI, 16, 6; XLIII, 13, 3.

res: III, 71, 6: eo rem se vetustate oblitteratam, ceterum suae memoriae infixam affere, agrum .... finium Coriolanorum fuisse; IV, 17, 4; IV, 37, 1.

spectaculum: II, 7, 7: gratum id multitudini spectaculum fuit, summissa sibi esse imperii insignia confessionemque factam populi quam consulis maiestatem vimque maiorem esse.

terror ac fuga: V, 28, 8: cum contione advocata terrorem increparet ac fugam, fusos esse ab ignavissimo ac fugacissimo hoste.

b. Nomen concretum.

auctor: locutio "auctor sum" quadraginta fere locis invenitur.

auctores habeo: VIII, 4, 10: idoneos auctores habeo .... ita responsum ab senatu Romano esse; VIII, 30, 7: auctores habeo bis cum hoste signa collata; IX, 36, 3; X, 5, 13. Extra hos tres libros nullum invenitur exemplum.

Absolute usurpatur pro participio nomen "auctor" X, 14, 3: auctores concilia Etruriae populorum de petenda pace haberi.

caduceator: XXXVII, 18, 12: misso caduceatore ad Aemilium velle se de pace agere.

Alterum huius locutionis exemplum non inveni.

iudex: III, 56, 4: unius tantum criminis nisi iudicem dices te ab libertate in servitutem contra leges vindicias non dedisse.

Alterum huiusmodi non credo inveniri exemplum.

obsides: XXXIV, 35, 11: obsides ea ita futura daret quinque; XLII, 39, 6: iubebant.... obsides dare nihil fraudis fore in colloquio.

Quae duo sola inveni exempla.

orator: XXI, 24, 3: oratores ad regulos eorum misit colloqui semet ipsum cum iis velle. Cfr. supra locutionem "misso caduceatore."

pignus: XLIII, 10, 3: ut.... nec obsides, pignus futuros afore fraudem agendae rei, posceret.

Quod solum exstat exemplum.

praedes: V, 55, 3: praedibus acceptis eo anno aedificia perfecturos.

Quod solum apud nostrum invenitur exemplum.

testis: testis exsisto: III, 13, 1: testis exstiterat se.... in iuventutem grassantem in Subura incidisse.

testem facio: I, 59, 1: iuro vosque, dii, testes facio me L. Tarquinium.... exacturum; XXXIV, 11, 8: deos hominesque se testis facere, invitos et coactos se.... defecturos et.... perituros esse.

testem habeo: XXVII, 30, 14: ut omnes socios testes haberet se pacis, illos belli causam quaesisse.

testis sum: XXX, 31, 5: vos lacessisse et tu ipse fateris et dei testes sunt; XXXV, 19, 6: id me verum dicere pater Hamilcar et dii testes sunt; XXXV, 33, 3; XLII, 34, 14.

B. Ad adiectiva pro nominibus usurpata epexegetice accêdit acc. cum inf. coni.

certiora: XXXVIII, 19, 1: certiora postea.... attulerunt, Tolostobogiorum civitatem Olympum montem cepisse.

congruentia: IX, 31, 7: congruentia ad consulem afferentes, quae et vera erant, pecoris vim ingentem in saltum avium compulsam esse.

pauca: XXXIV, 27, 6: pauca praefatus.... et ipsorum referre.

tumultuosiora: V, 18, 11: his tumultuosiora Romae, iam castra ad Veios oppugnari, iam partem hostium tendere ad urbem agmine infesto, crediderant.

C. Ad pronomina.

Saepius epexegetice accedit acc. cum inf. coni. ad pronomen quoddam, ubi non adhibito pronomine merum subiectum vel obiectum esse possit. Duabus autem de causis, ut ita dicam, eis locis exstat acc. cum inf. coni., quam ob rem, si admodum frequenter acc. cum inf. coni. regat verbum eiusdem enuntiati, non infra laudavi, si rarius, et infra et sub verbis inveniuntur exempla.

alterum: XXXIX, 26, 3: quae sibi crimina obiciantur.... alterum deridiculum esse, se reddere rationem. VI, 40, 4, 5.

hoc: ponderis causa, ut supra monui, satis saepe adhibetur pronomen "hoc": I, 36, 4: atqui hoc animo agitavi,.... te novacula cotem discussurum; II, 46, 5: hoc iurastis,.... milites, fugientes vos in castra redturos? III, 21, 7; III, 67, 1: VI, 40, 6; XXV, 6, 2; XXVIII, 44, 13; XXX, 15, 7; XXX, 30, 4; XXXIV, 31, 12; XXXIV, 34, 2; XXXVI, 7, 12; XXXIX, 5, 5; XLI, 23, 9; XLII, 50, 5; XLIII, 17, 3.

haec: XXXVIII, 56, 10: haec enim ipsa Ti. Gracchus queritur, dissolutam esse a privato tribuniciam potestatem.

id: num. sing. huius pronominis invenitur locis plus viginti; num. plur. legitur IV, 3, 9: ne ea quidem scimus .... consules in locum regum successisse nec aut iuris aut maiestatis habere, quod non in regibus ante fuerit.

illud: num. sing. tredecim locis legitur; num. plur. tribus.

hoc illud: praef. 10: hoc illud est praecipue in cognitione rerum salubre ac frugiferum, omnis te exempli documenta in illustri posita monumento intueri.

istuc: num. sing. usurpatur XXVIII, 28, 11: ne istuc Iuppiter optimus maximus sirit, urbem auspicato deis auctoribus in aeternum conditam fragili huic et mortali corpori aequalem esse; num. plur. exstat X, 8, 9: semper ista audita sunt eadem, penes vos auspicia esse, vos solos gentem habere, vos solos iustum imperium et auspicium domi militiaeque.

quod: num. sing. invenitur XXVI, 44, 6; XXVIII, 25, 15; XXXV, 49, 13; XXXVII, 29. 9; XLII, 7, 6.

num. plur. exstat XXV, 28, 1: XXVIII, 31, 1.

unum: XXV, 33, 2; XXVI, 2, 5.

utrumque: XXIII, 31, 8: utrumque e re publica fuit .... et M. Claudium .... in Campaniam proficisci et comitia non prius edici.

Accusativus et infinitivus.

Apud Livium haec verba exstant accusativum et infinitivum expletivum regunt, ut ita dicam.

arguo: VIII, 18, 8: ut se falsum commentam arguerent; IX, 46, 3: quem aliquanto ante desisse scriptum facere arguit; XXI, 11, 1: infestiusque locutum arguebant Hannonem; XXIV, 25, 1: quaecumque .... facta essent, Adranodorum ac Themistum arguit fecisse; XXX, 23, 5: speculatores, non legatos venisse arguebat (eos); XXXIII, 47, 6: qui ad senatum eorum arguerent Hannibalem cum Antiocho rege consilia belli faciendi inire; XXXIV, 32, 14: quotiens vis te id arguam fecisse? XXXIV, 61, 11: cum Barcinae solum factionis hominibus collocutum eum arguebant; XXXIV, 62, 11: mentiri eos arguebant. XXXVII, 28, 2: iuvisse eos commeatu classem hostium arguit; XXXVIII, 52 4: cum .... ab eadem superbia non venire ad causam dicendam arguerent; XL, 12, 17: cuius virtute et consiliis me nunc arguis regi.

adsuefacio: III, 61, 12: iam Horatius eos .... adsuefecerat sibi potius fidere quam meminisse ignominiae; XXII, 12, 10: adsuefaciebant .... militem minus iam tandem aut virtutis aut fortunae paenitere suae.

cogo: acc. et inf. plerumque regit hoc verbum, cuius locutionis septuaginta inveniuntur exempla. Aliquot locis nudus exstat inf. Vide etiam acc. cum inf. coni.

doceo: I, 28, 9: doce humanum genus ea sancta credere.

criminor: III, 56, 12: in quod conspirasse decemviros criminati sint; XXXIX, 41, 3: refragari sibi qui liberam et fortem censuram timerent criminando.

impello: XXII, 6, 6: fuere quos inconsultus pavor nando etiam capessere fugam impulerit.

iubeo: plerumque acc. et inf. regit hoc verbum, alioquotiens etiam nudum inf. Permultis autem locis acc. cum inf. coni. invenitur.

Locutionis quam acc. et inf. vocavi exempla exstant plus ducenta quadraginta. Nudi inveniuntur infinitivi in decade prima decem fere locis. Vide etiam acc. cum inf. coni.

patior: locis plus septuaginta acc. et inf. hoc verbum. Vide etiam acc. cum inf. coni.

prohibeo: loci exstant viginti unus acc. et inf. Cfr. acc. cum inf. coni. Nudus invenitur infinitivus sex locis decadis primae.

sino: acc. et inf. quadraginta exstant exempla. Vide etiam acc. cum inf. coni.

subigo: IX, 41, 5: Tarquiniensem metu subegerat frumentum exercitui praebere atque indutias in quadraginta annos petere.

veto: acc. et inf. duodevinginti locis invenitur.

Nudi exstant infinitivi: I, 53, 10; vetant mirari, si, qualis in cives, qualis in socios, talis ad ultimum in liberos esset; XLII, 62, 13: plerique vetare amplius mentionem pacis facere. Vide etiam acc. cum inf. coni.

Nominativus et infinitivus.

Nominativus est subiectum verbi passivi, quod active usurpatum accusativum et inf. expletivum regat.

arguor: nom. et inf. non usurpatur. Nom. cum inf. coni. legitur XL, 24, 1: fuga per Paeoniam praeparata arguebatur.

cogor: cum. inf. plus quadragies.

Inf. supplendus est IV, 18, 7: nec Etruscis, nisi cogerentur, pugnam inituris; aliisque locis aliquot.

ut: XXVI, 35, 6: se, ut dent, quod non habent, nulla vi, nullo imperio cogi posse.

convincor: XLV, 10, 14: qui .... dixisse quid aut fecisse convincerentur.

doceor: XXI, 3, 6: istum iuvenem .... docendum vivere aequo iure cum ceteris censeo.

iubeor: inf. praes. verbi act. vel dep. exstat locis plus trecentis.

inf. praes. verbi pass.:

a. subiectum personam significat: IV, 12, 4: consules creari iussi sunt; V, 7, 9; XXIII, 6, 7; XXIII, 10, 6; XXIII, 10, 9; XXIII, 38, 7; XXIV, 47, 13; XXXI, 12, 8; XXXII, 26, 10; XXXIII, 24, 8; XXXVI, 14, 5; XXXIX, 43, 3; XL, 23, 4; XLII, 1, 3; XLIII, 12, 9; XLV, 6, 11.

b. subiectum personam non significat: V, 50, 5, 6; VI, 1, 12: rebus divinis supersederi iussum; VI, 50, 5; VIII, 11, 15; IX, 37, 10; XXIV, 44, 6; XXIV, 45, 9; XXIV, 47, 11; XXVI, 21, 12; XXVI, 28, 7; XXVI, 28, 10; XXVII, 7, 15; XXVIII, 39, 19; XXXII, 29, 4; XXXIII, 41, 9; XXXIII, 48, 4; XXXVI, 10, 4; XXXVII, 2, 12; XXXVII, 3, 11; XXXVII, 50, 10; XXXVII, 52, 2; XXXVII, 56, 4; XL, 1, 7; XLI, 9, 2; XLII, 31, 2; XLIII, 12, 6; XLV, 44, 14.

prohibeor: inf. praes. verbi act. vel dep. II, 29, 4: lictore nihil aliud quam prendere prohibito; VI, 6, 5; VIII, 2, 13: nihil esse quo bellare .... prohibeantur; VIII, 29, 7: hostes prohibiti coniungere arma; IX, 30, 5: quia prohibiti .... erant in aede Iovis vesci; X, 32, 4: ubi et vastare ipsi Samnitium agrum prohiberentur; XLII, 23, 3; XLIII, 2, 11; XLIV, 10, 10.

inf. praes. gen. pass. III, 28, 7: iam se ad prohibenda circumdari opera Aequi parabant; XXII, 60, nec prohibendos ex privato redimi.

vetor: inf. praes. verbi act. vel dep. VIII, 36, 1: magistro equitum Q. Fabio vetito quicquam pro magistratu agere; XXI, 22, 7: quod respicere vetitus esset; XXIII, 16, 9; XXIV, 1, 4; XXIV, 43, 3; XXVII, 22, 13; XXX, 21, 12; XXXII, 8, 3; XXXIV, 9, 12; LII, 23, 4: quo diserte vetentur .... bellum gerere.

Quo uno loco tempus simplex huius verbi legitur.

subigor: *XXXIX, 24, 12: armis subactos parere. Cfr. "subigo" verbum active usurpatum.

Nominativus cum infinitivo coniunctus.

A Draegero nullum affertur exemplum Livianum horum verborum: arguor, cognoscor, credor, excusor, existimor, indicor, insimulor, invenior, iudicor, putor. Neque enim recte negat idem verbum "credo" passive usurpatum in constructione quam nom. cum inf. coni. vocamus a Livio usurpari. Acc. enim cum inf. coni. tredecim locis adsciscit hoc verbum passive usurpatum, nom. autem cum inf. coni. sex infra afferuntur exempla parum dubia.

Verba sentiendi et declarandi.

arguor: XL, 24, 1: fuga per Paeoniam praeparata arguebatur.

cognoscor: XXI, 14, 3: quod imperium crudele ceterum prope necessarium cognitum ipso eventu est.

comperior: XXVII, 1, 14: qui cum Fulvio colloquia occulta habuisse comperti sunt; *XXX, 39, 7: pecuniam ex aerario scribae viatoresque aedilicii clam egessisse per indicem comperti sunt.

credor: I, 39, 6: fortunam matris, ... ut serva natus crederetur, fecisse. II, 7, 2: Silvani vocem eam creditam; *XXI, 8, 3 ad centum milia habuisse in armis satis creditur; *XXII, 31, 11: ut qui pro dictatore creatus erat, fuisse dictator crederetur; XXII, 51, 4: mora eius diei satis creditur saluti fuisse urbi atque imperio; XXIX, 32, 9: perisse creditus; XXX, 2, 9: aurum .... corvi non lacerasse tantum rostris crediti sed etiam edisse; XXXIX, 34, 10: veneno creditur sublatus.

dicor: plus centies.

excusor: III, 13, 9: cum excusaretur solum vertisse exsilii causa; XLIII, 2, 10: excusati solum vertisse exsilii causa; XLIII, 4, 6: cum rei publicae causa abesse excusaretur.

existimor: XXXVIII, 54, 2: hoc auctore existimantur Petilii et vivo Africano rem ingressi et mortuo rogationem promulgasse. XLII, 46, 7: quibus expressum invitis existimabatur, ut .... Romanis adiungerentur; XLV, 2, 5: existimari Samothraciam petiturum.

feror: plus quindecies.

indicor: XXIV, 5, 9: cum coniuratio in tyranni caput facta indicatur.

insimulor: XXXVI, 35, 8: pecunia iuvisse eum insimulabantur.

invenior: XXXIII, 29, 6: multa facinora Acraephiae et Coroneae facta inveniebantur.

iudicor: XXXVIII, 59, 8: tantum auri argentique iudicatum esse .... illatum; XLII, 18, 1: quo maturius hostis Perseus iudicaretur.

narror: XXXIX, 6, 6: neque ea sola infamiae erant, quae in provincia procul ab oculis facta narrabantur.

negor: IV, 6, 3: quod auspicari, tamquam invisi diis immortalibus, negarentur posse.

nuntior: IV, 21, 5: ruere in agris nuntiabantur tecta; *V, 1, 8: etsi quietae res ex Etruria nuntiabantur; VIII, 22, 7: pestilentiae, quae Romanum urbem adorta nuntiabatur, fidens; *XXI, 51, 5: escensio hostium in agrum Viboniensem facta nuntiatur; XXII, 54, 9: cum .... consulares exercitus amissi nuntiabantur; *XXVIII, 5, 7: ne ex regno quidem ipsius tranquillae nuntiabantur res.

putor: XXXIV, 16, 1: tria eo die laudabilia fecisse putatur.

simulor: I, 53, 7: bellum quod positum simuletur; *XXVIII, 26, 11: exercitus cuius simulabatur iter.

trador: IV, 37, 1: peregrina res sed memoria digna traditur eo anno facta; V, 27, 12: ita locuti traduntur; VII, 28, 9: iudicia .... in faeneratores facta .... traduntur; XXII, 7, 4: multiplex caedes utrimque facta traditur; XXXIV, 22, 2: octo milia Gallorum caesa traduntur; XL, 40, 11: decem et septem milia hostium caesa eo die traduntur; XLII, 7, 9; XLIV, 14, 1; XLV, 28, 9.

Videor.

I. "to seem."

A. Additur persona cui quid videtur.

inf. praes. verbi act. vel dep. inveniuntur huius modi locutiones plus octoginta.

inf. fut. gen. act. VI, 25, 3: nec tamen aut ipsi aut in exercitu cuiquam .... Camillus laturus culpam eius videbatur. Exstat etiam alterum exemplum.

inf. perf. gen. act. quattuor exstat locis.

inf. praes. gen. pass. tribus locis usurpatur.

inf. fut. gen. pass. nusquam invenitur.

inf. perf. gen. pass. septies inveni.

inf. gerund. septem exstat locis.

B. Deest dativus personae.

inf. praes. verbi act. vel dep. inveni locis ducentis viginti quinque.

inf. fut. gen. act. plus quadragies usurpatur.

inf. coni. periphr. XXVI, 23, 2; 44, 4: XXXIV, 4, 14; XXXVIII, 50, 1; XXXIX, 40, 4.

inf. perf. verbi act. vel. dep. exempla exstant quinquaginta quinque.

inf. praes. gen. pass. triginta usurpatur locis.

inf. fut. gen. pass. XXIII, 34, 13: bello, quod motum iri videbatur.

inf. gen. pass. exstat locis quinquaginta.

inf. gerund. undecies invenitur.

II. "to think."

A. Exstat dativus personae.

inf. praes. verbi act. vel. dep. quattuor exstant exempla.

inf. fut. gen. act. VI, 25, 3; XXVII, 29, 3.

inf. perf. act. XXXV, 51, 10.

infinitivi gen. pass. non inveniuntur.

B. Deest dativus personae.

inf. praes. act. quinquies invenitur.
inf. fut. act. XLV, 37, 14; nec Quirites vos sed milites videor appelaturus.
inf. perf. act. quattuor locis usurpatur.
infinitivi gen. pass. non inveniuntur nisi XXVIII, 39, 7: retracti.... in sedem antiquam videbamur.

III.

Absolute et praegnanter verbum "videtur" eodem sensu quo "placet" usurpatur aliquot locis, ubi acc. cum inf. coni. regit. Plerumque autem supplendus est inf. vel acc. cum inf. coni.

FINIS.

VITA

Natus sum Bernardus Franzen-Swedelius a. d. XIII Kal. Mai. Anno Domini MDCCCLXXXV prope Holmiam caput Sueciae, patre Andrea Franzen et matre Agnete Carlotta Catharina Swedelia, quorum iuvat amborum adservare nomina. Mater me elementa docuit, deinde ab incipiente anno decimo mandatus sum gymnasio urbis Mariae dictae inter Suecos. Ab anno duodecimo usque ad septimum decimum scholaris fui Scholae Carolinae Oerebrogiensis, in quam urbem parentes transmigrarunt. His annis paulatim imbutus sum amore litterarum Latinarum Graecarumque praecipue apud virum doctissimum Lyth. Post absolutum examen maturitatis ad universitatem profectus Upsaliensem, studiis deditus sum maxime philologicis magistris usus Almquist Danielson Person, quibus viris doctissimis hoc modo agere libet gratias. Annos natus viginti in Americam transmigravi. Liberalitate doctorum universitatis Columbiae Neo-Eboracensis brevi post adventum adsecutus sum facultatem ibi persequendi studia linguarum Graecae et Latinae, docentibus Peck Egbert Lodge McCrea Olcott Perry Wheeler Young omnibus de advena egente quoque modo optime meritis, quorum ope et consilio quotidie multum adiutus hanc operam consummavi.